IN MONUMENTA
COPTICA SEU ÆGYPTIACA
BIBLIOTHECÆ VATICANÆ
BREVIS EXERCITATIO

F. GUILLELMI BONJOUR TOLOSANI

Ordinis Eremitarum S. Augustini.

ARGUMENTUM

I. *Institutum operis*. II. *Confessio Fidei circa sacratissimum Eucharistiæ sacramentum*. III. *Summa ejus antiquitas intellecta ex antiquissimo Ægyptiorum schismate*. IV. *Formula eorum schismaticæ communionis*. V. *Testimonium de primatu Ecclesiæ Romanæ*. VI. *Dypticha, in quibus Severus ceu Sanctus habetur*. VII. *Annus & dies ejus ingressus in Ægyptum*. VIII. *Fragmentum Synodicæ dans generalem notitiam Patriarchatus Alexandrini, ex alio fragmento illustratum*. IX. *Vetus Alexandriæ nomen* Racoti. X. Phostatum Babylonis. XI. *Priscum Ægypti nomen* Chemi. XII. *Æthiopia sub Patriarcha Alexandrino*. XIII. *Item Nobadia, seu Nubia, divisa in tres provincias*. XIV. *Fragmentum describens Apostolatum S. Marci Evangelistæ*. XV. *Excerpta in quibus notatur annus, quo quisque Evangelista suum Evangelium scripsit*. XVI. *Epocha annorum Assumptionis sanctæ, seu Ascensionis Domini inde illustrata*. XVII. *Illustratus &* Cæsar Tarsos *Neronem desi-*

gnans in his excerptis. XVIII. *Insignis Euthalii locus pro verâ epochâ annorum à Christi adventu*. XIX. *Libri sacri Ægyptio-Arabici Bibliothecæ Vaticanæ*. XX. *Priscum Heliopoleos nomen* On *in iis observatum*. XXI. *Item Heroopoleos nomen* Pethom. XXII. *Eò spectat Herodoti* Patumus. XXIII. *Ægyptiaca libri Danielis translatio singularis quantum ad initium, quod Historiæ Susannæ facit*. XXIV. *Novum in ea additamentum, & nonnulla inde excerpta*. XXV. *Subiicienda prælo Grammatica Ægyptiaca*. XXVI. *Paulini locus insignis de Josepho adumbrato in Serapide*. XXVII. *Nonnulla adducuntur contra Vitringam, ex his quæ summam antiquitatem articuli* pi *addicent linguæ Ægyptiacæ*.

I. MNEM pro viribus diligentiam curamque adhibens, ut inducta in desuetudinem lingua Ægyptiaca suis utilitatibus restituatur: brevem in Vaticana illius monumenta exercitationem aggressus sum. Provinciam hanc sibi depoposcerat celeberrimus scriptor è societate Jesu Athanasius Kircherus. Nec literarium orbem latent, quæ tantus hujus linguæ encomiastes in lucem edidit. Missa hæc facio; ne etiam acta agerem. Graviùs enim urgent ad inculti idiomatis utilitatem auribus omnium inculcandam, pauca quidem, sed selectiora, quæ, favente EMINENTISSIMO CARDINALI CASANATA, excerpsi è Vaticanis codicibus Copticis.

II. Ut ab egregio fidei orthodoxæ monumento ordiar, agmen ducet insignis confessio fidei, quę partim Grecè, partim Copticè, sive Ægyptiacè, extat cū interpretatione Arabicâ in unâ ex liturgiis Copto-Arabicis Bibliothecæ Vaticanæ. Liturgia hæc inscribitur:

ⲧⲁⲛⲁ-

Ϯⲁ̀ⲛⲁⲫⲟⲣⲁ ⲛ̀ⲧⲉⲡⲓⲁ̀ⲅⲓⲟⲥ Ⲃⲁⲥⲓⲗⲓⲟⲥ ⲫⲓⲱⲧ ⲁ̀

Anaphora sancti patris Basilii. Codices in quibus legitur sunt inter Copticos numero XII. & XIX. Tempus quo prior descriptus est notatur in fine, nempe شهر امشير سنة الف واربعة للشهدا *Mensis Amscir*, seu Mechir, *anni millesimi & quarti Martyrum*: hoc est, mensis Februarius anni à Christo nato secundùm æram vulgarem millesimi ducentesimi octogesimi octavi. Toto ferè sæculo tempus illud antevertit suscitatam à Vvicleso Berengarianam hæresim, multis post annis redivivam in Calvinianâ, contra veritatem corporis & sanguinis Christi Domini in sacratissimo Eucharistiæ sacramento, pro quâ potissimùm militat præfata *Confessio* in hunc modum.

ϮⲞⲘⲞⲖⲞⲄⲒⲀ

CONFESSIO

Latinè.	Græco-Ægyptiacè.	Arabicè.
Corpus sanctũ & sanguis pretiosus I. C. filii Dei nostri. Amen.	Ⲥⲱⲙⲁ ⲁ̀ⲅⲓⲟⲛ ⳾ ⲕⲉ ⲉⲙⲁ ⲧⲓⲙⲓⲟⲛ ⲓ̅ⲩ̅ ⲭ̅ⲩ̅ ⳾ ★ⲧⲟⲛ ⲓⲟⲛ ⲧⲟⲩ ⲑ̅ⲩ̅ ⲏⲙⲟⲛ ⳾ ⲁ̀ⲙⲏⲛ ⳾	جسد مقدس ودم زكى ليسوع المسيح ابن الاهنا امين ۞
Sanctum, pretiosum corpus, & sanguis verus I. C. filii Dei nostri. Amen.	Ⲁⲅⲓⲟⲛ ⲧⲓⲙⲓⲟⲛ ⲥⲱⲙⲁ ⳾ ⲕⲉ ⲉⲙⲁ ⲁ̀ⲗⲏⲑⲓⲛⲟⲛ ⲓ̅ⲩ̅ ⲭ̅ⲩ̅ ⳾ ★ⲧⲟⲛ ⲓⲟⲛ ⲧⲟⲩ ⲑ̅ⲩ̅ ⲏⲙⲱⲛ ⳾ ⲁⲙⲏⲛ ⳾	طاهروزكى جسد ودم حقيقى ليسوع المسيح ابن الاهنا امين ۞
Corpus & sanguis. Emmanuel	Ⲡⲓⲥⲱⲙⲁ ⲛⲉⲙ ⲡⲓⲥⲛⲟϥ ⲛ̀// ⲧⲉ//	جسد ودم عمنوئيل الهنا.

★ ⲧⲟⲛ ⲓⲟⲛ lege ⲧⲟⲩ ⲓⲟⲩ seu ⲧ̅ⲩ̅ ⲩ̅ⲩ̅. ★ ⲧⲟⲩ ⲓⲟⲩ

nuel Dei no-ſtri hoc eſt in veritate. A-men.	ⲧⲉⲙⲙⲁⲛⲟⲩⲏⲗ ⲡⲉⲛⲛⲟⲩϯ ⲫⲁⲓ ⲡⲉ ϧⲉⲛ-ⲟⲩⲙⲉⲑⲙⲏⲓ ⁘ ⲁⲙⲏⲛ ⁘	الهنا هذا هو بالحقيقة امين ۞
Credo, Credo, Credo, & confiteor uſque ad halitum extremum, quòd hæc eſt caro vivifica, quam unigenitus tuus filius Dominus noſter & Deus noſter, & Salvator noſter I. C. aſſumpſit ex Dominà omnium noſtrum, ſanctà Deigenitrice, divà Marià.	ϯⲛⲁϩϯ ⁘ ϯⲛⲁϩϯ ⁘ ϯⲛⲁϩϯ ⁘ ⲟⲩⲟϩ ϯⲉⲣⲟ// ⲙⲟⲗⲟⲅⲓⲛ ϣⲁ ⲡⲓⲛⲓϥⲓ ⲛϧⲁⲉ ⁘ ϫⲉ ⲑⲁⲓⲧⲉ ϯⲥⲁⲣⲝ ⲛⲣⲉϥⲧⲁⲛϧⲟ ⁘ ⲉⲧ ⲁ-ⲡⲉⲕ// ⲙⲟⲛⲟⲅⲉⲛⲏⲥ ⲛϣⲏⲣⲓ ⲡⲉⲛ// ϭ̅ⲥ̅ ⁘ ⲟⲩⲟϩ ⲡⲉⲛⲛⲟⲩϯ ⁘ ⲟⲩⲟϩ ⲡⲉⲛⲥⲱⲧⲏⲣ ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡ̅ⲭ̅ⲥ̅ ⁘ -ϭⲓⲧⲥ ⲉⲃⲟⲗ ϧⲉⲛ ⲧⲉⲛϭ̅ⲥ̅ ⲧⲏⲣⲉⲛ ⁘ ★ ϯⲑⲉⲟ// ⲇⲟⲕⲟⲥ ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ ϯⲁⲅⲓⲁ ⲙⲁⲣⲓⲁ ⁘	اومن اومن اومن اعترف الى النفس الاخير ان هذا هو الجسد المحيي الذي ابنك الوحيد ربنا والاهنا ومخلصنا يسوع المسيح اخذه من سيدتنا كلنا والدة الاله الطاهرة القديسة مريم ۞
Fecit eam unum cum divinitate ſuâ ſine commixtione, & ſine confuſione, & ſine mutatione.	ⲁϥⲁⲓⲥ ⲛⲟⲩⲁⲓ ⲛⲉⲙ ⲧⲉϥ// ⲙⲉⲑⲛⲟⲩϯ ⁘ ϧⲉⲛ-ⲟⲩⲙⲉⲧⲁ// ⲧⲙⲟⲩϫⲧ ⁘ ⲛⲉⲙ ⲟⲩⲙⲉ// ⲧⲁⲧⲑⲱϩ ⁘ ⲛⲉⲙ ⲟⲩⲙⲉ// ⲧⲁⲧϣⲓⲃϯ ⁘	وجعله واحدا مع لاهوته بغير اختلاط ولا امتزاج ولا تغيير ۞
Confeſſus confeſſionem bonam coram Pontio Pilato,	ⲁϥⲉⲣⲟⲙⲟⲗⲟⲅⲓⲛ ⲛϯⲟ// ⲙⲟⲗⲟⲅⲓⲁ ⲉⲧⲛⲁⲛⲉⲥ ⲛⲁϩ// ⲣⲉⲛ ⲡⲟⲛⲧⲓⲟⲥ ⲡⲓⲗⲁⲧⲟⲥ ⁘	واعترف الاعتراف الحسن امام بلاطس
tra-	ⲁϥ//	البنطي

★ 2. ϯⲑⲉⲟⲧⲟⲕⲟⲥ Ita Codex XIX.

tradidit eum pro nobis super lignum sanctum crucis, propriâ voluntate suâ, pro nobis omnibus.
Credo quòd eius divinitas non dimisit eius humanitatem uno momento & ictu oculi.
Datur pro nobis in salutem, & remissionẽ peccatorum nostrorũ, & vitam æternã iis qui accipient ex eâ. Hæc est in veritate. Amen.

ⲁϥⲧⲏⲓⲥ ⲉ̀ϩⲣⲏⲓ ⲉⲭⲱⲛ ϩⲓ//
ϫⲉⲛ ⲡⲓϣⲉ ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ ⲛ̀ⲧⲉ//
ⲡⲓⲥⲧⲁⲩⲣⲟⲥ ⁘ ϧⲉⲛ ⲡⲉϥⲟⲩ//
ⲱϣ ⲙ̀ⲙⲓⲛⲙ̀ⲙⲟϥ ⲉ̀ϩⲣⲏⲓ
ⲉⲭⲱⲛ ⲧⲏⲣⲉⲛ ⁘
ϯⲛⲁϩϯ ϫⲉ ⲙ̀ⲡⲉⲧⲉϥⲙⲉⲑ//
ⲛⲟⲩϯ ⲫⲱⲣϫ ⲉ̀ⲧⲉϥⲙⲉⲑ//
ⲣⲱⲙⲓ ⁘ ⲛ̀ⲟⲩⲥⲟⲩⲥⲟⲩ ⲛ̀ⲟⲩ//
ⲱⲧ ⁘ ⲟⲩⲇⲉ ⲟⲩⲣⲓⲕⲓ ⲙ̀ⲃⲁⲗ ⁘
Ⲉⲩϯ ⲙ̀ⲙⲟⲥ ⲉ̀ϫⲱⲛ ⁘ ⲟⲩ//
ⲥⲱϯ ⁘ ⲛⲉⲙ ⲟⲩⲭⲱ ⲉ̀ⲃⲟⲗ
ⲛ̀ⲧⲉ ⲛⲓⲛⲟⲃⲓ ⁘ ⲛⲉⲙ ⲟⲩⲱⲛϧ
ⲛ̀ⲉ̀ⲛⲉϩ ⲛ̀ⲛⲏⲉⲑⲛⲁϭⲓ ⲉ̀ⲃⲟⲗ
ⲛ̀ϧⲏⲧϥ ⁘ ⲫⲁⲓ ⲧⲉϧⲛⲉ ⲟⲩ//
ⲙⲉⲑⲙⲏⲓ ⁘ ⲁ̀ⲙⲏⲛ ⁘

ليعطى واسلمه
عنا على خشبة
الصليب المقدس
بارادة ذاته من
جميعنا ۞
اومن ان لاهوته
تفارق ناسوته ساعة
ولا طرفة عين ۞
يعطى عنا
خلاصًا وغفرانًا
لخطايانا
وحياة ابدية
لمن ينال منه هذا
هو بالحقيقة
امين ۞

III. Adeo præclaram confessionem fidei ponderibus meis nunc examinabo. Dilucidam expositionem ea habet realis præsentiæ corporis & sanguinis Domini in adorãdo Eucharistiæ sacramento: nec semel tantùm, sed iterùm, & tertiò; ut in hujus veritatis declaratione omnes nervos fideles contendant. Eò autem majoris est ponderis ad levandam novitatis suspicionem, quâ Ecclesiam Romanam perstringunt Heterodoxi; quòd ejusmodi confessio sit Ægyptiorum qui incœpto jam ante mille ducentos & quadraginta annos tetro schismate deficiunt ab Ecclesiâ Romanâ. Hi enim, reprobato concilio Calchedonensi, tum ob depulsum patriarchatu Alexandrino impium Dioscorum; tum ob sparsos rumores quòd patres hujus concilii damnantes Eutychianam hæresim incidissent in Nestorianam, Henoticon admiserunt seu decretum unitivum

* ⲛ̀ϧⲏⲧϥ lege ⲛ̀ϧⲏⲧⲥ ex Codice XIX.

tivum Zenonis imperatoris, anathemate quidem feriens *præcipuè Nestorium, & Eutychen*, contra quos etiam præfata Ægyptiorum confessio militat, impiè tamen Calchedonensem Synodum missam faciens. De hoc Henotico agit potissimum EMINENTISSIMUS CARDINALIS NORISIUS in historicâ Dissertatione De uno ex Trinitate passo, Cap. II. ubi & ex Leontii testimonio Act. V. de Sectis, docet *omnes patriarchas Alexandrinos Henoticum recepisse*.

IV. Unus horum patriarcharum, Timotheus nomine, Ecclesiam Alexandrinam regebat sub Anastasio, *sub quo & Severus Episcopus Antiochenus cum Alexandrino Timotheo consentiens* inducitur ab Leontio jam laudato. Id observandum erat, quia Ægyptiorum ϯⲙⲉⲧⲣⲉⲙϩⲉ hoc est *communio* seu *consociatio*, quæ præviè ad Anaphoram sancti patris Basilii legitur in codicibus, unde præfatam confessionem desumpsi, memoratis, ut in Henotico, tribus primis conciliis Oecumenicis, Nicæno CCCXVIII. patrum, Constantinopolitano centum quinquaginta, & Ephesino ducentorum, Synodum Calchedonensem omittit, & hostem ejus Severum patriarcham, patribus accenset, quos primùm nominat. Textum Ægyptiacum unà cum interpretatione latinâ subjicio.

Ⲛⲉⲕⲉ̀ⲃⲓⲁⲓⲕ ⲛ̀ⲣⲉϥϣⲉⲙϣⲓ-ⲛ̀ⲧⲉ- ⲡⲁⲓⲉ̀ϩⲟⲟⲩ ⲫⲁⲓ ⁘ ⲡⲓⲡⲣⲉⲥⲃⲩ- ⲧⲉⲣⲟⲥ ⁘ ⲛⲉⲙ ⲡⲓⲇⲓⲁ̀ⲕⲱⲛ ⁘ ⲛⲉⲙ ⲡⲓⲕⲗⲏⲣⲟⲥ ⁘ ⲛⲉⲙ ⲡⲓⲗⲁⲟⲥ ⲧⲏⲣϥ ⁘ ⲛⲉⲙ ⲧⲁⲙⲉⲧϫⲱⲃ ⁘	*Servi tui ministri bujus diei, presbyter, & Diaconus, & clerus, & populus universus, & infirmitas mea.*
Ⲉⲩⲉ̀ϣⲱⲡⲓ ⲉⲩⲟⲓ ⲛ̀ⲣⲉⲙϩⲉ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ϧⲉⲛ ⲣⲱⲥ ⲛ̀ϯⲡⲁⲛⲁⲅⲓⲁ ⲧⲣⲓⲁⲥ ⁘ ⲫⲓⲱⲧ ⁘ ⲛⲉⲙ ⲡϣⲏⲣⲓ ⁘ ⲛⲉⲙ ⲡⲓⲡⲛ̅ⲁ̅ ⲉ̀ⲑⲟⲩⲁⲃ ⁘	*Erunt communicantes ex ore sanctissimæ Trinitatis, patris & Filii & Spiritûs sancti.*
Ⲛⲉⲙ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ϧⲉⲛ ⲣⲱⲥ ⲛ̀ⲟⲩⲓ̀ⲙ- ⲙⲁⲩⲁⲧⲥ ⲉ̅ⲑ̅ ⲛ̀ϯⲕⲁⲑⲟⲗⲓⲕⲏ ⲛ̀ⲁ̀- ⲡⲟⲥⲧⲟⲗⲓⲕⲏ ⲛ̀ⲉⲕⲕⲗⲏⲥⲓⲁ̀ ⁘	*Et ex ore unius Sanctæ, Catholicæ, Apostolicæ Ecclesiæ.*

Ⲛⲉⲙ Et

Ⲛⲉⲙ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ϧⲉⲛ ⲣⲱⲟⲩ ⲛ̀ⲡⲓⲓ̅ⲃ̅ ⲛ̀ⲁ̀ⲡⲟⲥⲧⲟⲗⲟⲥ ⳾	*Et ex ore duodecim Apostolorum.*
Ⲛⲉⲙ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ϧⲉⲛ ⲣⲱϥ ⲙ̀ⲡⲓⲑⲉⲱ̀ⲣⲓⲙⲟⲥ ⲙⲁⲣⲕⲟⲥ ⳾ ⲡⲓⲁ̀ⲡⲟⲥⲧⲟⲗⲟⲥ ⳾ ⲛ̀ⲉⲩⲁⲅⲅⲉⲗⲓⲥⲧⲏⲥ ⲟⲩⲟϩ ⲙ̀ⲙⲁⲣⲧⲩⲣⲟⲥ ⳾	*Et ex ore theologi Marci Apostoli, Evangelistæ, & Martyris.*
Ⲛⲉⲙ ⲡⲓⲡⲁⲧⲣⲓⲁⲣⲭⲏⲥ ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ ⲥⲉⲩⲏⲣⲟⲥ ⳾	*Et patriarchæ sancti Severi.*
Ⲛⲉⲙ ⲡⲓⲁ̀ⲅⲓⲟⲥ ⲕⲩⲣⲓⲗⲗⲟⲥ ⳾	*Et Sancti Cyrilli.*
Ⲛⲉⲙ ⲡⲓⲁ̀ⲅⲓⲟⲥ ⲅⲣⲏⲅⲱⲣⲓⲟⲥ ⳾	*Et Sancti Gregorii.*
Ⲛⲉⲙ ⲡⲓⲁ̀ⲅⲓⲟⲥ ⲃⲁⲥⲓⲗⲓⲟⲥ ⳾	*Et Sancti Basilii.*
Ⲛⲉⲙ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ϧⲉⲛ ⲣⲱⲟⲩ ⲙ̀ⲡⲓ ★ ⲧ̅ⲓ̅ⲏ̅ ⲉⲧⲁⲩⲑⲱⲟⲩϯ ϧⲉⲛⲛⲓⲕⲉⲁ ⳾	*Et ex ore CCCXVIII. qui convenerunt Nicæa.*
Ⲛⲉⲙ ⲡⲓ ★ ⲣ̅ⲛ̅ ⲛ̀ⲧⲉⲕⲱⲥⲧⲁⲛϯⲛⲟⲩⲡⲟⲗⲓⲥ ⳾	*Et CL. Constantinopoleos.*
Ⲛⲉⲙ ⲡⲓ ★ ⲥ̅ ⲛ̀ⲧⲉⲉ̀ⲫⲉⲥⲟⲥ ⳾	*Et CC. Ephesi.*
Ⲛⲉⲙ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ϧⲉⲛ ⲣⲱϥ ⲙ̀ⲡⲉⲛⲓⲱⲧ ⲉⲧⲧⲁⲓⲏⲟⲩⲧ ⲛ̀ⲁⲣⲭⲏⲉ̀ⲡⲓⲥⲕⲟⲡⲟⲥ ⲁⲃⲃⲁ ⲛⲓⲙ ⳾	*Et ex ore patris nostri reverendi Archiepiscopi Abba N.*

Ⲛⲉⲙ *Item-*

★ ⲧ̅ⲓ̅ⲏ̅ CCCXVIII. voces Ægyptiacæ, quibus hi numeri in margine codicis aperiuntur, sunt ϣⲟⲙⲧ *tria*, ϣⲉ *centum*, ⲙⲏⲧ *decem*, ϣⲙⲟⲩⲛ *octo*.

★ ⲣ̅ⲛ̅ CL. In margine ϣⲉ ⲧⲁⲓⲟⲩ *centum quinquaginta*. ★ ⲥ̅ CC. In margine ⲥⲛⲁⲩ ⲛ̀ϣⲉ *ducenta*.

Ⲛⲉⲙ ⲡⲉϥⲕⲉϣⲫⲏⲣ ⲛ̀ⲗⲁⲧⲟⲩⲣ- ⲅⲟⲥ ⲛ̀ⲉⲡⲓⲥⲕⲟⲡⲟⲥ ⲁⲃⲃⲁ ⲛⲓⲙ ⳾	*Itemque socii ejus ministri publici Episcopi Abba N.*
Ⲛⲉⲙ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ϧⲉⲛ ⲣⲱϥ ⲛ̀ⲧⲁ- ⲙⲉⲧⲉ̀ⲗⲁⲭⲓⲥⲧⲟⲥ ⳾	*Et ex ore exignitatis meâ.*
Ϫⲉ ϥⲥⲙⲁⲣⲱⲟⲩⲧ ⳾ ⲟⲩⲟϩ ϥⲙⲉϩ ⲛ̀ⲱⲟⲩ ⲛ̀ϫⲉ ⲡⲉⲕⲣⲁⲛ ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ ⳾ ⲫⲓⲱⲧ ⳾ ⲛⲉⲙ ⲡϣⲏ- ⲣⲓ ⳾ ⲛⲉⲙ ⲡⲓⲡⲛⲁ ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ ⳾	*Quia benedictum est, & plenū gloriâ nomen sanctum tuum, pater, & filius, & spiritus Sanctus.*

V. Extat etiam Severi nomen in dyptichis, quæ in laudatam anaphoram S. Basilii inserta habet Ecclesia Ægyptiaca. Quod autem magis mirére, in his nihilominus memorantur ⲛⲉⲛⲓⲟϯ ⲉⲑ ⲛ̀ⲣⲱⲙⲉⲟⲥ *patres nostri sancti Romani*. Ab ultimâ scilicet antiquitate hoc primatûs Romani testimonium vel inviti retinuerunt in suo schismate, venerantes & tamquam suum patrem divum Petrum. Unde in Evangeliorum codice, quem inter Copticos quartum numero asservat Bibliotheca Vaticana, dum speciali præfatione agunt de Evangelio secundum Marcum expresse aiunt, quòd ⲁϥϩⲓⲱⲓϣ ⲙ̀ⲙⲟϥ ⲛ̀ϫⲉ ⲡⲉⲛⲉⲛⲓⲱⲧ ⲉⲧⲧⲁⲓⲏⲟⲩⲧ ⲡⲉⲧⲣⲟⲥ ϧⲉⲛ ϯⲡⲟⲗⲓⲥ ⲣⲱⲙⲏ ⳾ ⲓⲧⲁ ⲁϥⲥϩⲁⲓ ⲙ̀ⲙⲟϥ ⲛ̀ϫⲉ ⲙⲁⲣⲕⲟⲥ ⳾ *pervulgavit illud pater noster venerandus Petrus in civitate Romæ. Deinde scripsit illud Marcus*. Sed ut redeamus ad memorata eorum Dypticha, ea nunc exscribam.

VI. Ⲁⲣⲓⲕⲁⲧⲁⲝⲓⲟⲓⲛ ⲛ̀ⲧⲉⲕ- ⲉⲣⲫⲙⲉⲩⲓ ⲡ̅ⲟ̅ⲥ̅ ⲛ̀ⲛⲏⲉ̀ⲑⲟⲩⲁⲃ ⲧⲏ- ⲣⲟⲩ ⲉ̀ⲧⲁⲩⲣⲁⲛⲁⲕ ⲓⲥϫⲉⲛ ⲡⲉⲛⲉϩ ⳾	*Dignare recordari Domine Sanctorum omnium, qui placuerunt tibi à sæculo.*
Ⲛⲉⲛⲓⲟϯ ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ ⳾	*Sanctorum patrum nostrorum Patriarcharū.*
ⲛⲓⲡⲁⲧⲣⲓⲁⲣⲭⲏⲥ ⳾	
ⲛⲓⲡⲣⲟⲫⲏⲧⲏⲥ ⳾	*Prophetarum,*

ⲛⲓⲁ- *Apo-*

ⲛⲓⲁ̀ⲡⲟⲥⲧⲟⲗⲟⲥ ⁘	*Apostolorum*,
ⲛⲓⲙⲁⲣⲧⲩⲣⲟⲥ ⁘	*Martyrum*,
ⲛⲓⲟ̀ⲙⲟⲗⲟⲅⲓⲧⲏⲥ ⁘	*Confessorum*,
ⲛⲓⲣⲉϥϩⲓⲱⲓϣ ⁘	*Prædicatorum*,
ⲛⲓⲉⲩⲁⲅⲅⲉⲗⲓⲥⲧⲏⲥ ⁘	*Evangelistarum*,
ⲛⲉⲙ ⲡ̅ⲛ̅ⲁ̅ ⲛⲓⲃⲉⲛ ⲛ̀ⲑⲙⲏⲓ ⲉ̀ⲧ ⲁⲩϫⲱⲕ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ϧⲉⲛ ⲫⲛⲁϩϯ ⁘	*Et omnium spirituum justorum, qui consummati sunt in fide.*
Ⲛϩⲟⲩⲟ̀ ⲇⲉ ⲑⲏⲉⲑⲙⲉϩ ⲛ̀ⲱ̀ⲟⲩ ⲉⲧⲟⲓ ⲙ̀ⲡⲁⲣⲑⲉⲛⲟⲥ ⲛ̀ⲥⲏⲟⲩ ⲛⲓⲃⲉⲛ ⁘ ϯⲑⲉⲟ̀ⲧⲟⲕⲟⲥ ϯⲁ̀ⲅⲓⲁ̀ ⲙⲁⲣⲓⲁ̀ ⁘	*Maximè verò plenæ gloriæ, semper Virginis, Deigenitricis sanctæ Mariæ.*
Ⲛⲉⲙ ⲡⲓⲁ̀ⲅⲓⲟⲥ ⲓⲱⲁⲛⲛⲏⲥ ⲡⲓⲡⲣⲟⲇⲣⲟⲙⲟⲥ ⲙ̀ⲃⲁⲡⲧⲓⲥⲧⲏⲥ ⲟⲩⲟϩ ⲙ̀ⲙⲁⲣⲧⲩⲣⲟⲥ ⁘	*Et sancti Joannis præcursoris, Baptistæ, & martyris.*
Ⲛⲉⲙ ⲡⲓⲁ̀ⲅⲓⲟⲥ ⲥⲧⲉⲫⲁⲛⲟⲥ ⲡⲓⲡⲣⲟⲇⲓⲁⲕⲱⲛⲟⲥ ⁘ ⲟⲩⲟϩ ⲙ̀ⲡⲣⲱⲧⲟⲙⲁⲣⲧⲩⲣⲟⲥ ⁘	*Et sancti Stephani protodiaconi, & protomartyris.*
Ⲛⲉⲙ ⲡⲓⲑⲉⲱ̀ⲣⲓⲙⲟⲥ ⲛ̀ⲉⲩⲁⲅⲅⲉⲗⲓⲥⲧⲏⲥ ⲙⲁⲣⲕⲟⲥ ⲡⲓⲁ̀ⲡⲟⲥⲧⲟⲗⲟⲥ ⲙ̀ⲙⲁⲣⲧⲩⲣⲟⲥ ⁘	*Et theologi Evangelistæ Marci, Apostoli & martyris.*
Ⲛⲉⲙ ⲡⲓⲡⲁⲧⲣⲓⲁ̀ⲣⲭⲏⲥ ⲉ̀ⲑⲟⲩⲁⲃ ⲥⲉⲩⲏⲣⲟⲥ ⁘	*Et patriarchæ sancti Severi.*
ⲛⲉⲙ ⲡⲓⲁ̀ⲅⲓⲟⲥ ⲕⲩⲣⲓⲗⲗⲟⲥ ⁘	*& sancti Cyrilli.*
ⲛⲉⲙ ⲡⲓⲁ̀ⲅⲓⲟⲥ ⲃⲁⲥⲓⲗⲓⲟⲥ ⁘	*& sancti Basilii.*
ⲛⲉⲙ ⲡⲓⲁ̀ⲅⲓⲟⲥ ⲅⲣⲏⲅⲱⲣⲓⲟⲥ ⁘	*& sancti Gregorii.*
Ⲛⲉⲙ ⲡⲉⲛⲓⲱⲧ ⲛ̀ⲇⲓⲕⲉⲟⲥ ⲡⲓⲛⲓϣϯ ⲁⲃⲃⲁ ⲁⲛⲧⲱⲛⲓ ⁘	*Et patris nostri justi, magni abbatis Antonii.*

ⲛⲉⲙ ⲡⲓⲅ̅ ⲁⲃⲃⲁ ⲙⲁⲕⲁⲣⲓ ⁘	*& trium Abbatum Macariorum.*
ⲛⲉⲙ ⲡⲉⲛⲓⲱⲧ ⲁⲃⲃⲁ ⲓⲱⲁⲛⲛⲏⲥ ⁘	*& patris nostri Abbatis Joannis.*
ⲛⲉⲙ ⲡⲉⲛⲓⲱⲧ ⲁⲃⲃⲁ ⲡⲓϣⲟⲓ ⁘	*Et patris nostri Abbatis Pisoi.*
ⲛⲉⲙ ⲛⲉⲛⲓⲟ̅ϯ ⲉ̅ⲑ̅ ⲛ̀ⲣⲱⲙⲉⲟⲥ ⁘	*Et patrum nostrorum SS. Romanorum.*
ⲛⲉⲙ ⲡⲓⲙ̅ⲑ̅ ⲙ̀ⲙⲁⲣⲧⲩⲣⲟⲥ ⁘	*Et XLIX. Martyrum.*
ⲛⲉⲙ ⲡⲓϫⲱⲣⲓ ⲉ̅ⲑ̅ ⲁⲃⲃⲁ ⲙⲱⲩⲥⲏ ⁘	*Et strenui sancti Abbatis Moysis.*
ⲛⲉⲙ ⲓⲱⲁⲛ ⲡⲓⲕⲁⲙⲉ ⁘	*Et Joannis Nigri.*
ⲛⲉⲙ ⲡⲉⲛⲓⲱⲧ ⲁⲃⲃⲁ ⲧⲁⲛⲓⲏⲗ ⁘	*Et patris nostri Abbatis Danielis.*
ⲛⲉⲙ ⲡⲉⲛⲓⲱⲧ ⲁⲃⲃⲁ ⲡⲁϩⲱⲙ ⲫⲁϫⲓⲕⲓⲛⲱⲛⲓⲁ̀ ⁘	*Et patris nostri Abbatis Pachomii è Dicinonià.*
ⲛⲉⲙ ⲡⲉⲛⲓⲱⲧ ⲁⲃⲃⲁ ϣⲉⲛⲟⲩϯ ⲡⲁⲣϣⲓⲙⲁⲛⲑⲣⲓⲧⲏⲥ ⁘	*Et patris nostri Abbatis Senutii Archimandritæ.*
ⲛⲉⲙ ⲡⲉⲛⲓⲱⲧ ⲁⲃⲃⲁ ⲃⲓⲥⲁ ⲡⲉϥⲙⲁⲑⲏⲧⲏⲥ ⁘	*Et patris nostri Abbatis Bisa, ejus discipuli.*
ⲛⲉⲙ ⲡⲉⲛⲓⲱⲧ ⲛ̀ϯⲕⲉⲟⲥ ⲡⲓⲛⲓϣϯ ⲁⲃⲃⲁ ⲡⲁⲣⲥⲱⲙⲁ ⲡⲓⲃⲉϣ ⁘	*Et patris nostri justi, magni Abbatis Parsomæ Nudi.*
ⲛⲉⲙ ⲡⲉⲛⲓⲱⲧ ⲁⲃⲃⲁ ⲧⲉϫⲓ ⁘	*Et patris nostri Abbatis Tegii.*
Ⲛⲉⲙ ⲡⲭⲟⲣⲟⲥ ⲧⲏⲣϥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲛⲏⲉⲑⲟⲩⲁⲃ ⁘ ⲛⲁⲓⲉ̀ⲧⲉ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ϩⲓⲧⲉⲛ ⲛⲟⲩϯϩⲟ ⲛⲉⲙ ⲛⲟⲩⲧⲱⲃϩ ⲛⲁⲓ ⲛⲁⲛ ⲧⲏⲣⲟⲩ ⲉⲩⲥⲟⲡ ⁘	*Et universi chori Sanctorum: quorum precibus & votis miserere omnium nostrûm simul.*
Ⲟⲩⲟϩ ⲙⲁⲧⲟⲩϫⲟⲛ ⲉⲑⲃⲉ ⲡⲉⲕⲣⲁⲛ ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ ⁘ ⲉⲧ ⲁⲩⲙⲟⲩϯ ⲉ̀ⲙⲙⲟϥ ⲉ̀ϩⲣⲏⲓ ⲉ̀ϫⲱⲛ ⁘	*Et libera nos propter nomen tuum sanctum, quod invocatum est super nos.*

VII.

VII. Annum quo Severus abdicatus in pœnam ſcelerum patriarchatu Antiocheno in Ægyptum ſe recepit, perfugium apud Synodi Calchedonenſis obtrectatores quærens, conſonanter ad Evagrium, & Nicephorum notat Joannes Malala Antiochenus lib. Chronogr. XVII. nempè annum primum Juſtini imperatoris, ſeu annum Aerę Chriſtianæ quingenteſimum decimum octavum. Hæc callidiſſimi perfugæ tranſmigratio, ceu facta in [redacted] fidei, magnum ei nomen conciliavit apud Ægyptios: adeo ut دخول سويرس مصر *Ingreſſus Severi in Ægyptum*, velut Sacer, locum obtineat in eorum faſtis die 2. *Babe*, ſeu *Paophi*, quæ in XXIX. Septembris competit, ut patet ex Ægyptiorum Calendario quod Seldenus edidit in fine lib. III. de Synedriis veterum Ebrœorum.

ⲑⲉⲟ̀ⲫⲟⲣⲟⲥ *Deifer* eſt ſuperbus ille titulus, quo eum donarunt. Unde in formula literarum Synodalium, quas creato Patriarchâ Alexandrino, ſcribunt illius electores, memoratur inter alia ⲡⲉⲛⲓⲱⲧ ⲛ̀ⲑⲉⲟ̀ⲫⲟⲣⲟⲥ ⲟⲩⲟϩ ⲉⲧⲧⲁⲓⲏⲟⲩⲧ ϧⲉⲛ ϩⲱⲃ ⲛⲓⲃⲉⲛ ⲥⲉⲩⲏⲣⲟⲥ ⲡⲓⲡⲁⲧⲣⲓⲁⲣⲭⲏⲥ ⁘ // *Pater noſter Deifer, & venerandus in omni re Severus Patriarcha.* Harum literarum formula extat in Pontificali Ægyptiorum Copto-arabico Bibliothecæ Vaticanæ, pluraque notatu digniſſima continet, ipſam præſertim notitiam patriarchatûs Alexandrini, quam exinde mox ſubjicio.

ⲀⲚⲞⲚ ϧⲁ ⲛⲓⲉ̀ⲡⲓⲥⲕⲟⲡⲟⲥ ⲉ̀ⲧⲁⲩⲑⲱⲟⲩϯ ϧⲉⲛ ⲡⲓⲛⲁⲓ ⲛ̀ⲧⲉⲫϯ ⲉⲛⲥϩⲁⲓ ϣⲁ ⲛⲓⲑⲉⲟ̀ⲫⲓⲗⲟⲧⲁⲧⲟⲥ ⲙ̀ⲡⲣⲉⲥⲃⲩⲧⲉⲣⲟⲥ ⁘ ⲛⲉⲙ ⲛⲓⲇⲓⲁ̀ⲕⲱⲛ ⁘ ⲛⲓϩⲩⲡⲟⲇⲓⲁⲕⲱⲛ ⁘ ⲛⲓⲁ̀ⲛⲁⲅⲛⲟⲥⲧⲏⲥ ⁘ ⲛⲓⲯⲁⲗⲧⲏⲥ ⁘ ⲛⲉⲛⲓⲟϯ ⲙ̀ⲙⲟⲛⲁⲭⲟⲥ ⁘ ⲛⲓⲁⲣⲭⲱⲛ ⁘ ⲛⲉⲙ ⲛⲓⲡⲁⲣⲑⲉⲛⲟⲥ ⲛ̀ⲥⲏⲟⲩ ⲛⲓⲃⲉⲛ ⁘ ⲛⲉⲙ ⲛⲓⲡⲓⲥⲧⲟⲥ ⲧⲏⲣⲟⲩ ⲛ̀ⲟⲣⲑⲟⲇⲟⲝⲟⲥ ⲛ̀ⲗⲁⲟⲥ ⁘

VIII. *Nos Epiſcopi congregati in miſericordiâ Dei ſcribimus ad Deo amantiſſimos preſbyteros, & diaconos, ſubdiaconos, lectores, cantores, patres noſtros monachos, principes, & ſemper virgines, & fideles omnes, populum orthodoxum.*

ⲛⲏⲉⲧϣⲟⲡ ϧⲉⲛ ϯⲛⲓϣϯ ⲙ̀ⲡⲟ-
ⲗⲓⲥ ⲣⲁⲕⲟϯ ⳾ ⲟⲩⲟϩ ⲙ̀ⲙⲁⲓ
ⲭ̅ⲣ̅ⲥ̅ ⳾ ⲛⲉⲙ ⲡⲓⲫⲱⲥⲧⲁⲧⲱⲛ
ⲛ̀ⲧⲉⲃⲁⲃⲩⲗⲱⲛ ⳾
ⲛⲉⲙ ⲧⲭⲱⲣⲁ ⲧⲏⲣⲥ ⲛ̀ⲛⲓⲣⲉⲙⲛ̀-
ⲭⲏⲙⲓ ⲛⲉⲙ ⲛⲉⲥⲑⲱϣ ⲧⲏⲣⲟⲩ ⳾
ⲉ̀ⲧⲓ ⲇⲉ ⲛⲉⲙ ϯⲛⲱⲃⲁⲇⲓⲁ̀ ⳾
ⲛⲉⲙ ⲧⲁⲗⲙⲟⲇⲓⲁ̀ ⳾ ⲛⲉⲙ ϯⲙⲁ-
ⲕⲟⲩⲣⲓⲁ̀ ⳾ ⲛⲉⲙ ⲧⲭⲱⲣⲁ ⲧⲏⲣⲥ
ⲛ̀ⲛⲓⲉ̀ⲑⲁⲩϣ ⳾ ⲛⲓⲉ̀ⲝⲟⲙⲉⲛⲇⲏⲥ ⲛⲉⲙ
ⲛⲟⲩⲑⲱϣ ⲧⲏⲣⲟⲩ ⳾

Habitantes in magnâ, & christodilectâ civitate Racoti, & Phostato Babylonis, & omni regione Ægyptiorum, & omnibus finibus ejus. Adbuc autem & Nobadiâ, & Almodiâ, & Macuriâ, & omni regione Æthyopum, Exomedum, ac omnium finium eorum.

ⲙⲉⲛⲣⲁϯ ⲛⲓⲥⲛⲏⲟⲩ ⲙ̀ⲡⲛ̅ⲁ̅ⲧⲓ-
ⲕⲟ̀ⲛ ⲉ̀ⲧ ⲉⲛϭⲓϣϣⲱⲟⲩ ⲙ̀ⲙⲱⲟⲩ
ϧⲉⲛ ⲡ̅ϭ̅ⲥ̅ ⳾ ⲭⲁⲓⲣⲉⲧⲉ ⳾

Dilecti fratres Spirituales, quos desideramus in Dominô gaudete.

Eôdem spectat, & earumdem literarum conclusio his concepta verbis:

ⲧⲁⲓ ⲉ̀ⲡⲓⲥⲧⲟⲗⲏ ⲛ̀ⲥⲩⲥⲧⲁⲧⲓⲕⲏ
ⲛ̀ⲧⲉ ⲁ̀ⲃⲃⲁ ⲛ̅ⲓ̅ⲙ̅ ⳾ ⲡⲓⲁ̀ⲅⲓⲟ̀ⲧⲁ-
ⲧⲟⲥ ⲛ̀ⲁ̀ⲣⲭⲏⲉ̀ⲡⲓⲥⲕⲟⲡⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉ-
ϯⲛⲓϣϯ ⲙ̀ⲃⲁⲕⲓ ⲣⲁⲕⲟϯ ⳾ ⲛⲉⲙ
ⲡⲓⲫⲱⲥⲧⲁⲧⲟⲛ ⲛ̀ⲧⲉⲃⲁⲃⲩ-
ⲗⲱⲛ ⳾ ⲛⲉⲙ ⲛⲓⲙⲉϣϣⲟϯ ⲛ̀ⲧⲉ-
ⲭⲏⲙⲓ ⳾ ⲛⲉⲙ ⲫⲙⲁⲣⲏⲥ ⳾ ⲛⲉⲙ
ϯⲡⲉⲛⲧⲁⲡⲟⲗⲓⲥ ⲛ̀ⲧⲉϯⲫⲣⲩⲕⲏ ⳾
ⲛⲉⲙ ⲧⲭⲱⲣⲁ ⲛ̀ⲛⲓⲉ̀ⲑⲁⲩϣ ⳾ ⲛⲉⲙ
ⲛⲓⲉ̀ⲝⲟⲙⲉⲛⲧⲏⲥ ⳾ ⲛⲉⲙ ⲛⲓⲛⲟⲃⲁ-
ⲧⲏⲥ ⳾ ⲛⲉⲙ ⲛⲓⲙⲁⲕⲟⲩⲣⲉⲩⲥ ⳾

Hæc est epistola investituræ Abba N. Sanctissimi Archiepiscopi magnæ civitatis Racoti, & Phostati Babylonis, & nomorum Chemi, & Mareotidis, & Pentapolis Africæ, & regionis Æthiopum, & Exometum, & Nobatum, & Macureorum.

IX. Racoti est Alexandria, metropolis patriarchatûs. Τὴν προσαγορευομένην Ῥακῶτιν, ἣ νῦν μὲν τῆς Ἀλεξανδρέων πόλεως ἐστι μέρος τὸ ὑπερκείμενον τῶν νεωρίων. *Vocatam Racotim, quæ nunc quidem Alexandriæ pars est navalibus imminens*, memorat Strabo lib. XVII. *loco cui nomen Rhacotis*, Alexandrinum Sarapidis templum addicit Tacitus libro Historiarum quarto. Et Pausanias lib. V. qui Eliacorum est prior, hæc habet de Alexandriâ: Ἀλεξανδρείας δὲ τῆς ἐπὶ τοῦ Κανωβικοῦ τοῦ Νείλου στόματι, Ἀλέξανδρος μὲν οἰκιστὴς ἐγένετο ὁ Φιλίππου· λέγεται δὲ καὶ πρότερον ἔτι πόλισμα Αἰγυπτίων ἐνταῦθα οὐ μέγα εἶναι Ῥακῶτιν. *Alexandria autem in Canobico Nili ostio conditor quidem fuit Alexander Philippi. Dicitur tamen & ante haud magnum ibi fuisse Ægyptiorum oppidum Racotim*. Tandem Stephanus Byzantius in Ῥακώτης ait: οὕτως ἡ Ἀλεξάνδρεια πρότερον ἐκαλεῖτο. ὁ οἰκήτωρ, Ῥακωτίτης· *Sic Alexandria primùm vocabatur. Civis Racotites*, Hinc in Ægyptiorum codicibus. ⲣⲁⲕⲟϯ· *Racoti* Arabicâ interpretatione est الاسكندرية *Alescandria*, hoc est, *Alexandria*.

X. Phostatum Babylonis est Babylon Ægyptiaca, quæ, teste Josepho lib. 2. contra Apionem, *condita est, Cambyse Ægyptum vastante*. per hanc & Heroopolim, cujus priscum nomen inferiùs aperio, *fluit amnis Trajanus* in Geographicis Ptolemæi tabulis. Nunc *Alcairo* dicitur, item & *Mesr*. Unde Geographus Nubiensis 3. p. clim. 3. *Urbs Fostat*, inquit, *est ipsamet Metsr*. Codex manuscriptus Arabs, quem penes me habeo, Memphim, antiquam Ægypti regiam ponit ad duodecimū milliare à Fostato, his verbis:

وكانت مدينة منف كرسى مملكتهم على اثنيعشر ميلا من الفسطاط ۞

Et erat Menph Sedes regni eorum, & ipsa ad duodecimum milliare à Phostato.

XI. Chemi Ægyptum designat, dictam in Sacris paginis, *terram Cham*, sicut & *terram Mesraim*, à Mesraimo Chami filio. Hinc in Ægyptiacâ Sacrorum Bibliorum versione, in qua consumo multam operam, rex Ægypti dicitur ⲡⲟⲩⲣⲟ ⲛ̀ⲭⲏⲙⲓ *Rex Chemi*, Gen. XL. 1. Omnis terra Ægypti, ⲡⲕⲁϩⲓ ⲧⲏⲣϥ ⲛ̀ⲭⲏⲙⲓ *Omnis terra Chemi*, ibid. XLV. 26. Omnes Dii Ægyptio-

ptiorum, ⲛⲓⲛⲟⲩϯ ⲧⲏⲣⲟⲩ ⲛ̀ⲧⲉⲛⲓⲣⲉⲙ ⲛ̀ⲭⲏⲙⲓ *Dii omnes habitatorum Chemi*. Exod. XII. 12. Avis ex Ægypto, ⲟⲩϩⲁⲗⲏⲧ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ϧⲉⲛ ⲭⲏⲙⲓ *Avis ex Chemi*, Ose. XI. 11. Fluvius Ægypti, ⲟⲩⲓ̀ⲁⲣⲟ ⲛ̀ⲧⲉⲭⲏⲙⲓ *Fluvius Chemi*. Amos IX. 5. Peccatum Ægypti. ⲫⲛⲟⲃⲓ ⲛ̀ⲭⲏⲙⲓ *Peccatum Chemi*. Zachar. XIV. 19. Innumera ejusmodi suppeditat laudata versio.

De Mareotide, & Pentapoli Africæ, seu Libyâ Pentapolitanâ, nihil dico, cum nota sint antiqua hæc provinciarum Patriarchatûs Alexandrini nomina.

XII. De Æthiopia nihil etiam subnotabo, nisi quòd canones Arabici Concilii Nicæni statuunt cap. 36. *Ut non possint Æthiopes creare nec eligere patriarcham, quin potius eorum prælatus sub potestate ejus sit, qui tenet Sedem Alexandriæ*, Quia, ut cap. 42. eorumdem canonum dicitur, *Patriarcha ipsorum est constitutus sub Alexandrini potestate*.

XIII. Quod Nobadiam spectat, Arabica interpretatio nos docet eam esse, *Nubam*, seu *Nubiam*. Hanc Patriarchatûs Alexandrini regionem describens Vanslebius ordinis S. Dominici, cap. X. Historiæ Ecclesiæ Alexandrinæ, quam Gallicè edidit, tres ei provincias adiudicat. Primam vocat *Maracu*, secundam *Albadiam*, tertiam *Niexamitim*. *Maracu* est per metathesim *Macura*, seu *Macuria*, cujus nostra excerpta meminerunt. *Albadia* est eorumdem excerptorum *Almodia*; Sicut in Sacris paginis ברודך *Berodach*, est מרודך *Merodach*: & apud Arabes بغداد *Bagdad*, & مغداد *Magdad*, بكه *Beccha*, & مكه *Meccha*, برباط *Berbat*, & مرباط *Merbat*, eædem sunt urbes. Deniq; *Niexomitis* est regio quā *Exomedes*, seu *Exomites*, incolunt dicti ab Ægyptiis ⲛⲓⲉ̀ⲝⲟⲙⲏⲇⲏⲥ *Niexomidis*, & ⲛⲓⲉ̀ⲝⲟⲙⲏⲧⲏⲥ *Niexomitis*. Articulus ⲛⲓ *Ni* præfigi solet ad designandum numerum pluralem. Sic in versione Ægyptiacâ, *Chananæi*, exempli gratiâ, dicuntur ⲛⲓⲭⲁⲛⲁⲛⲉⲟⲥ *Nichananeos*, Romani ⲛⲓⲣⲱⲙⲉⲟⲥ *Niromeos*, Persæ ⲛⲓⲡⲉⲣⲥⲓⲥ *Nipersis*, &c.

Præ-

Prævię ad laudatam literarum formulam, Græcè describitur, sed secundum Ægyptiorum barbariem, ⲟⲩⲥⲧⲁⲧⲓⲕⲏ ⲁ̀ⲃⲃⲁ ⲁⲣⲭⲏⲉⲡⲓⲥⲕⲟⲡⲟⲩ ⲛⲟⲩⲙⲉⲩ ⲛⲟⲗ' ⲁ̀ⲗⲉⲝⲁⲛⲇⲣⲓⲁ *Traditio possessionis*, vulgo investitura, *Abba Archiepiscopi Alexandriæ*. In eâ fit mentio ⲕⲁⲓ ⲛⲱⲃⲁⲇⲓⲁⲥ ⲕⲁⲓ ⲙⲁⲕⲱⲣⲓⲁⲥ ⲕⲁⲓ ⲁ̀ⲣⲱⲁ̀ⲇⲓⲁⲥ *Et Nobadiæ, & Macoriæ, & Aroadiæ*. Tum ⲕⲁⲓ ⲁⲓⲑⲓⲟⲡⲓⲟⲥ ⲭⲱⲣⲁⲓⲥ ∴ ⲁ̀ⲙⲁ ⲉ̀ⲝⲟⲙⲟⲇⲱⲛ ∴ ⲕⲁⲓ ⲧⲟⲓⲥ ⲛⲟⲙⲟⲓⲥ ⲁⲩⲧⲟⲓⲥ ∴ *Et Æthiopum regionibus, simul Exomodum, eorumque nomis* inscripta perhibetur. *Aroadias* quartus Albadiæ episcopatus ponitur à Vanslebio.

XIV. Præterea in hoc Evangeliorum codice, qui inter Copticos seu Copto-Arabicos Bibliothecæ Vaticanæ est quartus, prævię ad Evangelium S. Marci, protopatriarchæ Alexandrini hæc habentur, quæ etiam ad notitiam ejusdem patriarchatûs pertinent.

ⲡⲓⲉⲩⲁⲅⲅⲉⲗⲓⲟⲛ ⲛ̀ⲧⲉⲡⲉⲛⲓⲱⲧ ⲉ̀ⲑⲟⲩⲁⲃ ⲛ̀ⲁ̀ⲡⲟⲥⲧⲟⲗⲟⲥ ⲟⲩⲟϩ ⲛ̀ⲉⲩⲁⲅⲅⲉⲗⲓⲥⲧⲏⲥ ⲟⲩⲟϩ ⲙ̀ⲙⲁⲣⲧⲩⲣⲟⲥ ⲙⲁⲣⲕⲟⲥ ∴ ⲟⲩⲁⲓ ⲡⲉ ⲛ̀ⲧⲉⲡⲓⲟ̅ ⲙ̀ⲙⲁⲑⲏⲧⲏⲥ ⲛ̀ⲁ̀ⲡⲟⲥⲧⲟⲗⲟⲥ ∴ ⲁϥⲥϧⲁⲓ ⲙ̀ⲙⲟϥ ϧⲉⲛ ⲣⲱⲙⲏ ϯⲛⲓϣϯ ⲙ̀ⲡⲟⲗⲓⲥ ⲙ̀ⲙⲉⲧⲣⲱⲙⲉⲟⲥ ∴ ⲟⲩⲟϩ ⲉϥϩⲓⲱⲓϣ ⲙ̀ⲙⲟϥ ϧⲉⲛ ⲣⲁⲕⲟϯ ⲛⲉⲙ ⲛⲉⲥⲑⲱϣ ∴ ⲛⲉⲙ ⲭⲏⲙⲓ ∴ ⲛⲉⲙ ϯⲡⲉⲛⲧⲁⲡⲟⲗⲓⲥ ∴ ⲛⲉⲙ ϯⲁⲫⲣⲓⲕⲓⲁ ∴ ⲛⲉⲙ ⲛⲓⲉ̀ⲑⲁⲩϣ ∴

Evangelium patris nostri sancti Apostoli, & Evangelistæ, & Martyris Marci. Unus est septuaginta discipulorũ Apostolorum. Latinè illud scripsit in magnâ civitate Romæ: illudque evulgavit in Racoti seu Alexandriâ, *& finibus ejus, & Ægypto, & Pentapoli, & Africâ, & Æthiopiâ.*

XV. Plura notatu digna habent præfationes in Evangelia, quæ extant in codice mox laudato. Nonnulla inde exscribam, quibus

scili-

ſcilicet tempus deſignatur quo quilibet Evangeliſta ſcripſit Evangelium, ſtatutâ pro annorum epochâ Aſſumptione Salvatoris noſtri, ſeu ejus in cœlum Aſcenſione. Hæc autem epocha neceſſariò conjicienda eſt in annum Aeræ chriſtianæ trigeſimum tertium, ſeu quartum ducenteſimæ ſecundæ Olympiadis, cui affixit Phlegon miraculoſam hanc ſolis defectionem, quæ tempore mortis Chriſti contigit. Id clarè demonſtrant hæc excerpta ex laudatis præfationibus.

In Evangelium secundum Matthaeum.

Ⲉⲩⲥϧⲁⲓ ⲙ̀ⲡⲁⲓⲉⲩⲁⲅⲅⲉⲗⲓⲟⲛ
ϧⲉⲛ ⲧⲁⲥⲡⲓ ⲛ̀ⲛⲓϨⲉⲃⲣⲉⲟⲥ ⳾
ϧⲉⲛ Ⲫⲩⲗⲓⲥⲧⲓⲙ ⳾ ⲟⲩⲟϩ ⲁⲩ-
ϩⲓⲱⲓϣ ⲙ̀ⲙⲟϥ ϧⲉⲛ ⲓ̅ⲗ̅ⲏ̅ⲙ̅ ⳾

Scriptum eſt hoc Evangelium linguâ Hebraicâ in Palæſtinâ: & promulgatum eſt in Jeruſalem.

Ⲓⲧⲁ ⲁϥⲉⲣⲙⲉⲛⲛⲉⲩⲓⲛ ⲙ̀ⲙⲟϥ ⲛ̀-
ϫⲉ ⲫⲏⲉ̀ⲑⲟⲩⲁⲃ Ⲓⲱⲁⲛⲛⲏⲥ ⳾ ⲡϣⲏ-
ⲣⲓ ⲛ̀Ⲍⲉⲃⲉⲇⲉⲟⲥ ⳾ ϧⲉⲛ Ⲁⲥⲡⲟ-
ⲗⲓⲥ ⳾ ϧⲉⲛ ϯⲣⲟⲙⲡⲓ ⲛ̀ϩⲟⲩⲓⲧ
ⲛ̀ⲧⲉⲑⲙⲉⲧⲟⲩⲣⲟ ⲛ̀Ⲕⲗⲁⲩⲇⲓⲟⲥ ⳾
ⲉ̀ⲧⲉ ϯⲣⲟⲙⲡⲓ ⲙ̀ⲙⲁϩ ⲑ̅ ⲛ̀ⲧⲉ-
ϯⲁ̀ⲛⲁⲗⲩⲙⲯⲓⲥ ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ ⳾

Tum interpretatus eſt illud Sanctus Joannes, filius Zebedei, in Aſpoli, anno primo regni Claudii, qui eſt annus nonus Aſſumptionis ſanctæ.

In Evangelium secundum Marcum.

Ⲟⲩϩⲓⲣⲏⲛⲏ ϧⲉⲛ ⲡⲥⲁⲓ ⲛ̀ⲧⲉⲡⲉ-
ⲕⲉⲩⲁⲅⲅⲉⲗⲓⲟⲛ ⲫⲏⲉ̀ⲧ ⲁⲕⲧⲏⲓϥ
ⲙ̀Ⲙⲁⲣⲕⲟⲥ ⲡⲓⲁ̀ⲡⲟⲥⲧⲟⲗⲟⲥ ϧⲉⲛ
ⲧⲁⲥⲡⲓ ⲛ̀ⲧⲉⲛⲓⲣⲉⲙⲣⲱⲙⲏ ⲛ̀ⲟⲣ-
ⲑⲟⲇⲟⲝⲟⲥ ⳾

Pax in ſplendore Evangelii tui, quod tradidiſti Marco Apoſtolo, linguâ Romanorum orthodoxorum.

Ⲟⲩⲟϩ ⲁϥϩⲓⲱⲓϣ ⲙ̀ⲙⲟϥ ϧⲉⲛ ϯⲡⲟⲗⲓⲥ ⲣⲁⲕⲟϯ ⲛⲉⲙ ⲛⲉⲥⲑⲱϣ ⲧⲏⲣϥ ϧⲉⲛ ϯⲣⲟⲙⲡⲓ ⲙ̀ⲙⲁϩ ⲇ̅ ϧⲉⲛ ⲑⲙⲉⲧⲟⲩⲣⲟ ⲛ̀ⲕⲗⲁⲩⲇⲓⲟⲥ ⁘ ⲙⲉⲛⲉⲛⲥⲁ ϯⲁ̀ⲛⲁⲗⲩⲙⲯⲓⲥ ⲛ̀ⲧⲉⲡⲉⲛⲥⲱⲧⲏⲣ ⲙ̀ⲓ̅ⲃ̅ ⲛ̀ⲣⲟⲙⲡⲓ ⁘ ⲟⲩⲟϩ ⲁⲩϫⲓⲙⲓ ϧⲉⲛ ⲕⲉϫⲱⲙ ϫⲉ ⲁⲩⲥϧⲏⲧϥ ϧⲉⲛ ϯⲁⲥⲡⲓ ⲛ̀ⲁⲥⲥⲩⲣⲓⲟⲥ ⁘

Et promulgavit illud in civitate Racoti, seu Alexandriæ, *& omnibus finibus ejus, anno quarto regni Claudii, post assumptionem Salvatoris nostri anno duodecimo. & inventum est in alio libro, quod scriptum fuerit linguâ Assyriâ.*

IN EVANGELIVM SECVNDVM LVCAM.

Ⲁϥⲥϧⲁⲓ ⲙ̀ⲡⲉϥⲉⲩⲁⲅⲅⲉⲗⲓⲟⲛ ϧⲉⲛ ⲧⲁⲥⲡⲓ ⲛ̀ⲛⲓⲟⲩⲉⲓⲛⲓⲛ ϧⲉⲛ ϯⲙⲁϩ ⲓ̅ⲃ̅ ⲛ̀ⲣⲟⲙⲡⲓ ⲛ̀ⲧⲉⲕⲗⲁⲩⲇⲓⲟⲥ ⲡⲟⲩⲣⲟ ⁘ ⲙⲉⲛⲉⲛⲥⲁ ϯⲁ̀ⲛⲁⲗⲩⲙⲯⲓⲥ ⲛ̀ⲧⲉⲡⲉⲛϭ̅ⲥ̅ ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡⲭ̅ⲥ̅ ⲛ̀ⲕ̅ ⲛ̀ⲣⲟⲙⲡⲓ ϧⲉⲛ ⲧⲁⲛⲧⲓⲟ̀ⲭⲓⲁ̀ ⁘ ⲟⲩⲟϩ ⲁⲩϫⲓⲙⲓ ϧⲉⲛ ⲕⲉϫⲱⲙ ϫⲉ ⲁϥⲥϧⲏⲧϥ ϧⲉⲛ ⲣⲁⲕⲟϯ ⁘

Scripsit Antiochiæ Evãgelium suũ linguâ Græcâ, anno duodecimo Claudii regis, post assumptionem Domini Jesu Christi anno vigesimo. Et inventum est in alio libro, quòd scripserit eum Alexandriæ.

IN EVANGELIVM SECVNDVM IOANNEM.

Ⲁϥⲥϧⲁⲓ ⲙ̀ⲡⲉϥⲉⲩⲁⲅⲅⲉⲗⲓⲟⲛ ϧⲉⲛ ⲉ̀ⲫⲉⲥⲟⲥ ⁘ ϧⲉⲛ ⲧⲁⲥⲡⲓ ⲛ̀ⲛⲓⲟⲩⲉⲓⲛⲓⲛ ⁘ ϧⲉⲛ ϯⲙⲁϩ ⲁ̅ ⲛ̀ⲣⲟⲙⲡⲓ ϧⲉⲛ ⲑⲙⲉⲧⲟⲩⲣⲟ ⲛ̀ⲕⲉ-

Scripsit Evangelium suum Ephesi, linguâ Græcâ, anno sexto regni Cæsaris Tarsos, qui

ⲥⲁⲣ ⲧⲁⲣⲥⲟⲥ ⳹ ⲉ̀ⲧⲉ ϯⲙⲁϩⲗ̅ ⲛ̀ⲣⲟⲙⲡⲓ ⳹ ⲙⲉⲛⲉⲛⲥⲁ ϯⲁⲛⲁⲗⲏⲙⲯⲓⲥ ⲛ̀ⲧⲉⲡⲉⲛⲟ̅ⲥ̅ ⲟⲩⲟϩ ⲡⲉⲛⲥⲱⲧⲏⲣ ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡ̅ⲭ̅ⲥ̅ ⳹ *est annus trigesimus post assumptionem Domini nostri & Salvatoris nostri Jesu Christi.*

XVI. Annos qui hic describuntur, breviter reduco ad calculos; ut mox aperiam cur Nero dicatur ⲕⲉⲥⲁⲣ ⲧⲁⲣⲥⲟⲥ *Cæsar Tarsos.*

Notum est Claudium successisse Caligulæ anno Aeræ Christianæ quadragesimo primo. Quia ergo Ægyptii copulant annum primum ejus regni cum nono ab assumptione Dominicâ, quartum cum duodecimo, & duodecimum cum vigesimo: cardo annorum quos ab hâc sanctâ Assumptione numerant, est trigesimus tertius labens Aeræ christianæ. Sic sentiunt & hodie eruditi, eoque majus pondus & momentum inde accedit eorum rationibus, quod Ecclesia Alexandrina cujus hæc sunt, omnem in doctrinâ temporũ diligentiam jam antiquitùs adhibuerit. Intereà cum triplex annorum nexus, ceu funiculus triplex, his nos calculis astringat: negotium facessere nullum debent, quæ è præfatione in Evangelium secundum Joannem excerpsimus. Sed potius dicendum est mendum in hæc irrepsisse, ac pro ϧⲉⲛ ϯⲙⲁϩⲋ̅ ⲛ̀ⲣⲟⲙⲡⲓ *Anno sexto* legendum esse ϧⲉⲛ ϯⲙⲁϩⲑ̅ ⲛ̀ⲣⲟⲙⲡⲓ *Anno nono.* Posito enim quòd annus primus ab Assumptione Domini sit Aeræ christianæ trigesimus tertius iniens, annus trigesimus ab eâdem Assumptione est ejusdem Aeræ sexagesimus secundus, ac proinde nonus regni Neronis, qui est *Cæsar Tarsos* in his excerptis memoratus.

XVII. Nomen ⲧⲁⲣⲥⲟⲥ *Tarsos* est à Græco *θάρσος*. Sicut autem *τὸ θάρσος ἀνδρεία* exponitur juxta lexicon Hesychii; ita *Nero ἀνδρεῖος* juxta vetus Glossarium latino-Græcum: adeo ut *θάρσος Tharsos*, & *Nero* in idem recidant. *Ἀνδρεῖος fortem, ἀνδρεία fortitudinem* designat. Quò illustriora hæc fiant, audiendus est Au-

lius Gellius lib. XIII. Noctium Atticarum, cap. XXI. ubi quærens quid *Neriene* seu *Nerio* nomen importet, nos docet, quòd *Nerio sive Nerienes Sabinum verbum est; eòque significatur virtus & fortitudo. Itaque ex Claudiis, quos à Sabinis oriundos accepimus, qui erat egregiâ atque præstanti fortitudine Nero appellatus est. Sed id Sabini accepisse à Græcis videntur, qui vincula & firmamenta membrorum νεῦρα dicunt. Unde nos quoque latinè nervos appellamus.*

XVIII. Cùm Ægyptiorum mentem circa annum mortis Christi nobis aperiant excerpta, quæ in medium protuli: quid & circa annum illius natalitium creditum fuerit apud ipsos, hîc ad illustrandam ejus ætatem obiter observabo. Hodierna eruditorum sententia est, quam multis & gravibus argumentis inter alios tenet EMINENTISSIMUS CARDINALIS NORISIUS, disserens ad calcem libri de Epochis Syro-Macedonum *de Nummo Herodis Antipæ*, tenueratque in Cenotaphiis Pisanis Dissert. 2. cap. 5. verum Christi natalem quadriennio solido Æram nostram vulgarem antevertere. Nova credebatur hæc sententia. At eam olim receptam fuisse in Ægypto nullus dubitabit legens prologum, quem in quatuordecim sancti Pauli Apostoli epistolas habet Euthalius Episcopus Sulcensis Græcè & Latinè editus in lucem ac notis illustratus ab eruditissimo Laurentio Alexandro Zacagnio, Vaticanæ Bibliothecæ Præfecto, tom. 1. *Collectan. monum. Vet. Ecclesiæ Græcæ ac Latinæ*. Is enim Ægyptius hæc ibi habet:

Ἀπὸ τῆς ὑπατείας τετάρτης μὲν Ἀρκαδίου, τρίτης δὲ Ὁνωρίου μέχρι τῆς παρούσης ταύτης ὑπατείας, πρώτης Λέοντος Αὐγούστου ἰνδικτιῶνος δωδεκάτης, Ἐπιφὶ ε'. Διοκλητιανοῦ ροδ'. ἔτη ξγ'. ὡς εἶναι τὰ πάντα ἀπὸ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν παρουσίας μέχρι τοῦ προκειμένου ἔτους ἔτη τετρακόσια ἑξήκοντα δύο.	*À Consulatu quarto quidem Arcadii; tertio verò Honorii usque ad præsentem hunc Consulatum primum Leonis Augusti, Indictione XII. Epiphi mensis die V. Diocletiani verò annū CLXXIV. sunt anni LXIII. Ita ut omnes anni à Salvatoris nostri adventu usq; ad modò memoratū annū sint anni quadringenti sexaginta duo.*

Arcadius Aug. IV. & Honorius Aug. III. Consules fuerunt anno Aeræ Christianæ *396*. & anno ejusdem Aeræ 458. quo adhuc labebatur annus Diocletiani CLXXIV. Leo Augustus Consulatum

iniit; uti patet ex fastis. Incæpit & eodem anno Indictio XII. quamquam anticipatè eam notat Euthalius; cùm dies V. mensis Junii, spectet hoc anno ad indictionem XI. Jam computentur *quadringenti sexaginta duo anni*, quos *à Salvatoris nostri adventu* usque ad hunc annum is enumerat, Aeram nostram toto quadrienniọ antevertet eorum epocha.

XIX. Sed redeamus ad codices Ægyptiacos. Pentateuchus, Psalterium cum prophetarum canticis, quatuor Evangelia, Epistolæ quatuordecim S. Pauli Apostoli, septem Canonicæ, & Apocalypsis Ægyptiacè, & Arabicè exstant in Bibliothecâ Vaticanâ. Brevitate, cujus legibus vel invitus teneor, cogor etiam missa facere tot præclara quæ observo in his codicibus. Ne tamen id remisse & molli brachio agere videar, duo potissimùm quæ ad illustrandam antiquitatem juvant, aliquantulum morabor. Primum est vetustum. Heliopoleos nomen *On*, secundum *Pethom*, quo Heroopolim donatam edocebimur.

XX. Quâ tenacitate priscum Alexandriæ nomen ⲣⲁⲕⲟϯ *Racoti*, retinuerunt Aegyptii, hâc & Heliopolim donant antiquissimo nomine ⲱⲛ *On*. Legitur illud nomen in textu Hebraïco Gen. XLI. 45. dum memoratur uxor Josephi אסנת בת פוטיפרע כהן און: *Asnat filia potiphera Sacerdotis On*. Pro quo Vulgatus noster, prælucentibus interpretibus Græcis, habet: *Aseneth filia Putiphare Sacerdotis Heliopoleos*. At Aegyptii, retento prisco nomine *On*, ita legunt hunc versum: ⲟⲩⲟϩ ⲁϥϯ ⲛⲁϥ ⲛ̀ⲁⲥⲉⲛⲛⲉⲑ ⲧϣⲉⲣⲓ ⲙ̀ⲡⲉⲧⲉⲫⲣⲏ · ⲡⲟⲩⲏⲃ ⲛ̀ⲱⲛ ϯⲃⲁⲕⲓ · ⲉⲧⲥϩⲓⲙⲓ ⲛⲁϥ · *Et dedit ei filiam Petephre Sacerdotis On civitatis in uxorem*. Hinc Exod. I. 11. ubi præter *Phitom & Ramesses*, Græcis Πιθὼ καὶ Ῥαμεσσῆ *Pitho & Ramesse*; celebratur â LXX. Senioribus Ὢν, ἥ ἐστιν Ἡλιόπολις, *On*, *quæ est Heliopolis*, seu *Solis civitas* : eadem, ut pote retinentia nomen *On*, Sic exhibentur ab Aegyptis: ⲟⲩⲟϩ ⲁⲩⲕⲱⲧ ⲛ̀ϩⲁⲛⲃⲁⲕⲓ ⲉⲩϫⲟⲣ ⲙ̀ⲫⲁⲣⲁⲱ · ⲡⲉⲑⲱⲙ ⲛⲉⲙ ⲣⲁⲙⲉⲥⲥⲏ · ⲛⲉⲙ ⲱⲛ · ⲉⲧⲉ ⲑⲃⲁⲕⲓ ⲙ̀ⲫⲣⲏ ⲧⲉ ·

Et

Et ædificaverunt civitates munitas Pharaoni, Pethom, & Ramasse, & On, quæ civitas Solis est.

XXI. Nomen ⲡⲉⲑⲱⲙ *Pethom*, quod hîc pro פתם *Pithom*, seu *Phitom* legitur, aliam, quam promisi, observationem mihi suppeditat. Notum est ex editione τῶν ὁ Gen. XLVI. 28. Jacobum Patriarcham venientem in Aegyptum, Judam ad Josephum præmisisse, ut occurreret ei καθ' Ἡρώων πόλιν, εἰς γῆν Ῥαμεσσῆ, *ad Heroopolim*, seu Heroum urbem, *in terram Ramesse*. Vnde mox v. 29. dicitur in eadem editione: Ζεύξας δὲ Ἰωσὴφ τὰ ἅρματα αὐτοῦ, ἀνέβη εἰς συνάντησιν Ἰσραὴλ τῷ πατρὶ αὐτοῦ καθ' Ἡρώων πόλιν. *Jungens autem Joseph currus suos ascendit in occursum Israël patri suo ad Heroum civitatem*. Novum Aegyptiis erat nomen *Heroupolis*, utpote à Græcis inductum. Huic ergo antiquum subrogans eorum versio, hæc habet in locis jam laudatis.

ⲓⲟⲩⲇⲁⲥ ⲇⲉ ⲁϥⲟⲩⲟⲣⲡϥ ϧⲁϫⲱϥ ϩⲁ ⲓⲱⲥⲏⲫ ⲉⲑⲣⲓⲉ̀ⲃⲟⲗ ⲉ̀ϩⲣⲁϥ ϩⲁ ⲡⲉⲑⲱⲙ ϯⲃⲁⲕⲓ ⳹ ϧⲉⲛ ⲡⲕⲁϩⲓ ⲛ̀ⲣⲁⲙⲁⲥⲥⲏ ⳹ ⲁ̀ⲓⲱⲥⲏⲫ ⲇⲉ ⲁϥⲛⲟϩⲉⲃ ⲛ̀ⲛⲉϥⲃⲉⲣⲉϭⲱⲟⲩⲧⲥ ⲁϥⲓ̀ⲉ̀ⲃⲟⲗ ⲉ̀ϩⲣⲉⲛ ⲡⲓⲥ̅ⲗ̅ ⲡⲉϥⲓⲱⲧ ⲉ̀ ⲡⲉⲑⲱⲙ ϯⲃⲁⲕⲓ ⳹ *Judam autem misit ante se ad Joseph, ut exiret obviam ei ad Pethom civitatem, in terrâ Ramasse. Joseph autem instruens currus suos exivit obviam Israëli, patri suo, ad Pethom civitatem*. Ex his itaque collatis cum Editione Græcâ, quæ fons est Aegyptiacæ, clarè edocemur, *Heroopolim*, esse antiquam *Pethom*, seu *Pithom*, quam Josephus adierat occurrens patri suo, & quam postea jussu novi Pharaonis, qui Josephum non noverat, munitione firmarunt Israëlitæ.

XXII. *Pethom* juxta interpretationem Aegyptio-Arabicam est, باتم *Batum*, seu *Patum*. Cùm enim Arabes careant litera P, sufficiunt ei literam B. Inde illustratur *Patumus* Herodoti, eò quidem apertiùs, quòd hunc situm obtineat, quem tabulæ Geographicæ dant Heroopoli. Agens Herodotus lib. II. c. CLVIII. de fossa quã ex Nilo deducendam in mare rubrum susceperat, *Necos*, seu *Nechao*, Psammitichi filius, ait quòd ἥκει κατύπερθε ὀλίγον

Bou-

Βουβάστιος πόλιος παρὰ Πάτουμον τὴν Ἀραβίων πόλιν ἐσέχει δὲ ἐς τὴν Ἐρυθρὴν θάλασσαν. *Deducitur paulò supra Bubastin urbem, juxta Patumum Arabiæ oppidum. Effluit autem in mare rubrum.* Hæc sanè fossa eadem est, quæ sub Adriano Augusto repurgata vocabatur *amnis Trajanus*. Atqui in tabulis Geographicis Ptolemæi memoratur loco Patumi Ἡρώων πόλις, δι' ἧς καὶ Βαβυλῶνος πόλεως, Τραϊανὸς ποταμὸς ῥεῖ. *Heroum civitas, per quam, & Babylonem civitatem Trajanus amnis fluit.*

XXIII. Plura non dico, ne hujus exercitationis transgrediar limites. Non perorabo tamen, nisi aliquid dixero de Aegyptiacis Bibliorum codicibus, quos sibi nuper comparavit Eruditissimus, & Græco-Latinâ operum S. Athanasii editione clarus D. Bernardus de Montfauçon è celeberrimâ Congregatione S.Mauri. Præter Pentateuchum, & omnes novi testamenti libros, qui habentur in codicibus Vaticanis, Danielem & duodecim prophetas minores isti continent. Quod singulare habet hæc Aegyptiaca Danielis Translatio, est in primis ejus initium. Convenit quidem cum codicibus Græcis Danielem à Susannæ historiâ incipientibus: sed planè singularis est, dum ipsi initium facit à notatione temporis, quo Nabuchodonosor, corruptè Buchodonosor, Judæos, oppugnatis Jerosolymis, opprimere cœpit Babylonicâ servitute. Ita enim se habet hoc Danielis exordium.

ϯⲡⲣⲟⲫⲏⲧⲓⲁ̀ ⲛ̀ⲇⲁⲛⲓⲏⲗ ⲡⲓⲡⲣⲟⲫⲏⲧⲏⲥ ∴	Prophetia Danielis Prophetæ.
Ⲛϩⲣⲏⲓ ϧⲉⲛ ϯⲙⲁϩ ⲅ̄ ⲛ̀ⲣⲟⲙⲡⲓ ϧⲉⲛ ϯⲙⲉⲧⲟⲩⲣⲟ ⲛ̀ⲓⲱⲁⲕⲓⲙ ⲡⲓⲟⲩⲣⲟ ⲛ̀ⲓⲟⲩⲇⲁ ∴ ⲁϥⲓ ⲛ̀ϫⲉⲃⲟⲩⲭⲱⲇⲟⲛⲟⲥⲟⲣ ⲡⲟⲩⲣⲟ ⲛ̀ⲧⲉⲧⲃⲁⲃⲩⲗⲱⲛ ϣⲁ ⲓ̅ⲗ̅ⲏ̅ⲙ̅ ∴ ⲟⲩⲟϩ ⲁϥⲟϣϯ ⲉ̀ⲣⲟⲥ ∴ ⲟⲩⲟϩ ⲁ̀ⲡ̅ⲟ̅ⲥ̅ ⲧⲏⲓⲥ ⲉ̀ ⲛⲉϥϫⲓϫ ⲛⲉⲙ ⲓⲱⲁ//	*Anno tertio regni Joacim, regis Juda, venit Buchodonosor rex Babylonis usque ad Jerusalem, & oppugnavit eam: & Dominus tradidit eam in manus ejus, & Joacim ejus regem, & vasa domûs Domini. Et sumpsit va-*

sa

ⲓⲱⲁⲕⲓⲙ ⲡⲉⲥⲟⲩⲣⲟ ⲛⲉⲙ ⲛⲓⲥⲕⲉⲩⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉⲡⲏⲓ ⲙ̀ⲡϭ̅ⲥ̅. ⲟⲩⲟϩ ⲁϥϭⲓ ⲛ̀ⲛⲓⲥⲕⲉⲩⲟⲥ ⲙ̀ⲡⲏⲓ ⲙ̀ⲡϭ̅ⲥ̅. ⲟⲩⲟϩ ⲁϥϭⲓⲧⲟⲩ ⲛⲉⲙⲁϥ ⲉ̀ ⲡⲕⲁϩⲓ ⲛ̀ⲭⲓⲛⲅⲁⲣ ϣⲁ ⲡⲏⲓ ⲛ̀ⲛⲓⲭⲣⲏⲙⲁ ⲛ̀ⲧⲉⲛⲉϥⲓⲇⲱⲗⲟⲛ. ⲁϥⲓⲛⲓ ⲉ̀ϧⲟⲩⲛ ⲛ̀ⲛⲓⲥⲕⲉⲩⲟⲥ ⲙ̀ⲡⲏⲓ ⲙ̀ⲡϭ̅ⲥ̅ ϣⲁ ⲡⲏⲓ ⲛ̀ⲛⲓⲭⲣⲏⲙⲁ ⲙ̀ⲡⲉϥⲓⲇⲱⲗⲟⲛ.

ſa domus Domini, & *attulit ea ſecum in terram Chingar* (Sinhar) *ad domum pecuniarum idolorum ſuorum. Intulit vaſa domûs Domini in domum pecuniarum idoli ſui.*

Ⲛⲉ ⲟⲩⲟⲛ ⲟⲩⲣⲱⲙⲓ ⲉϥϣⲟⲡ ϧⲉⲛ ⲂⲁⲂⲩⲗⲱⲛ ⲉ̀ ⲡⲉϥⲣⲁⲛ ⲡⲉ ⲓⲱⲁⲕⲓⲙ. ⲁϥϭⲓ ⲇⲉ ⲛ̀ⲟⲩⲥϩⲓⲙⲓ ⲉ̀ ⲡⲉⲥⲣⲁⲛ ⲡⲉ ⲥⲟⲩⲥⲁⲛⲛⲁ. ⲧϣⲉⲣⲓ ⲛ̀ⲭⲁⲗⲕⲓⲁⲥ.

Erat vir habitans Babylone, cujus nomen eſt Joacim. Accepit autem uxorem filiam Chalciæ, cujus nomen eſt Suſanna &c.

XXIV. Cætera juxta codicum Græcorum ordinem deſcribuntur. At abſolutâ hiſtoriâ de Dracone, in quâ & Græci, & Latini codices deſinunt, additur ϯϩⲟⲣⲁⲥⲓⲥ ⲙ̀ⲙⲁϩ ⲓ̅ⲇ̅. *Viſio decimaquarta.* Initium hujus viſionis deſumitur ex initio *Viſionis undecimæ,* quæ capiti decimo editionis vulgatæ reſpondet. Dicitur enim revelata Danieli ⲛ̀ϩⲣⲏⲓ ϧⲉⲛ ϯⲙⲁϩ ⲅ̅ ⲛ̀ⲣⲟⲙⲡⲓ ⲛ̀ⲧⲉⲕⲩⲣⲟⲥ ⲡⲓⲡⲉⲣⲥⲓⲥ. *In anno tertio Cyri Perſæ,* habitâ ad amuſſim ratione loci & temporis, quam quatuor primi verſus laudati capitis X. exhibent. Quæ mox ſequuntur, excerpta ſunt è *Viſione VIII.* Seu Cap. VII. nempe è viſione de quatuor beſtiis, quatuor regna deſignantibus. Ita tamen, ut dicatur ⲡⲓϩⲟⲩⲓⲧ ⲛ̀ⲑⲏⲣⲓⲟⲛ ⲉϥⲟ̀ⲛⲓ ⲛ̀ⲟⲩⲗⲁⲃⲟⲓ. ⲉ̀ⲣⲉⲡⲟⲩⲟⲛ-ϩⲁⲛⲧⲉⲛϩ-ⲉ̀ⲣⲟϥ. ⲙ̀ⲫⲣⲏϯ ⲛ̀ⲟⲩⲁⲉⲧⲟⲥ.

ⲧⲟⲥ ⳾ *Prima beſtia ſimilis urſo, habenti alas, ſicut aquila.*

ⲡⲓⲙⲁϩ̅ⲃ̅ ⲛ̀ⲑⲏⲣⲓⲟⲛ ⲉϥⲟ̀ⲛⲓ ⲛ̀ⲟⲩⲥⲁⲣⲝ ⲛ̀ⲣⲱⲙⲓ ⳾

Secunda beſtia ſimilis carni hominis. ⲡⲓⲙⲁϩ̅ⲅ̅ ⲛ̀ⲑⲏⲣⲓⲟⲛ ⲉϥⲟⲓ ⲙ̀ⲫⲣⲏϯ ⲛ̀ⲟⲩⲡⲁⲣⲇⲁⲗⲓⲥ ⳾ ⲉ̀ⲣⲉ-ϩⲁⲛⲧⲉⲛϩ-ⲉ̀ⲣⲟϥ ⳾ ⲉ̀ⲣⲉ-ⲇ̅ⲛ̀ⲁ̀ⲫⲉ-ⲉ̀ⲣⲟϥ ⳾ *Tertia beſtia ſicut Pardalis*, ſeu Panthera, *habens alas*, *habens quatuor capita*.

ⲡⲓⲙⲁϩ̅ⲇ̅ ⲛ̀ⲑⲏⲣⲓⲟⲛ ⲉϥⲟⲓ ⲙ̀ⲫⲣⲏϯ ⲛ̀ⲟⲩⲙⲟⲩⲓ ⳾ *Quarta beſtia ſicut leo.*

Tum deſcribuntur quatuor regna, quæ per has quatuor beſtias dicuntur deſignari. Sed quarti deſcriptio præ cæteris porrigitur. ⲡⲟⲩⲣⲟ ⲛ̀ⲧⲉⲛⲓⲡⲉⲣⲥⲓⲥ ⳾ *Rex Perſarum* intelligitur per primam: & dicitur de eo, quòd ϥⲛⲁⲁ̀ⲙⲟⲛⲓ ⲙ̀ⲡⲓⲕⲁϩⲓ ⳾ ⲛ̀ⲫ̅ⲛ̅ⲉ̅ ⲛ̀ⲣⲟⲙⲡⲓ ⳾ *Obtinebit terram quingentis quinquaginta quinque annis*: & quòd ⲙⲉⲛⲉⲛⲥⲁ ⲛⲁⲓ ϥⲛⲁⲧⲁⲕⲟ ⲛⲉⲙ ⲧⲉϥⲙⲉⲧⲟⲩⲣⲟ *poſt hæc peribit cum regno ſuo.*

In ſecunda adumbratur ⲡⲟⲩⲣⲟ ⲛ̀ⲧⲉⲛⲓⲣⲱⲙⲉⲟⲥ ⳾ *Rex Romanorum*; dicendo de illo inter alia quòd ϥⲛⲁϣⲱⲡⲓ ϧⲉⲛ ⲟⲩϫⲟⲙ ϣⲁ ⲡⲓⲕⲁϩⲓ ⲛ̀ⲛⲓⲉⲑⲁⲩϣ ⳾ ⲟⲩⲟϩ ϥⲛⲁⲉ̀ⲣⲟⲩⲣⲟ ϩⲓϫⲉⲛ ⲡⲕⲁϩⲓ ⳾ ⲙ̀ⲑ̅ⲛ̀ϣ̅ⲉ̅ ⲓ̅ⲁ̅ ⲛ̀ⲣⲟⲙⲡⲓ ⳾ *Habitabit in virtute uſque ad terram Æthiopum, & regnabit ſuper terram nongentis undecim annis.*

Tertia exponitur ⲡⲟⲩⲣⲟ ⲛ̀ⲛⲓϩⲉⲗⲏⲛⲟⲥ *Rex Græcorũ*, qui ϥⲛⲁⲉ̀ⲣⲟⲩⲣⲟ ϩⲓϫⲉⲛ ⲡⲓⲕⲁϩⲓ ⲛ̀ⲟⲩϣⲟ ⲛ̀ⲣⲟⲙⲡⲓ ⲛⲉⲙ ⲗ̅ ⲛ̀ⲉϩⲟⲟⲩ ⳾ *Regnabit ſuper terram mille annis & triginta diebus.*

Quarta tandem dicitur ⲡⲟⲩⲣⲟ ⲛ̀ⲧⲉⲛⲉⲛϣⲏⲣⲓ ⲉ̀ⲛⲓⲥⲁⲙⲁⲏⲗ ⳾ *Rex filiorum Iſamaël*. Filii Iſamaël ſunt Iſmaëlitæ,

litæ, aliàs Sarraceni. qui originem trahunt ab Iſmaële, filio Abrahæ, & Agaris ancillæ Saræ. Nam ϯⲙⲉⲧⲟⲩⲣⲟ ⲉ̀ⲧⲉⲙⲙⲁⲩ ⲁⲥⲛⲁϣⲱⲡⲓ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ϧⲉⲛ ⲅⲉⲛⲟⲥ ⲛ̀ⲁⲃⲣⲁ̀ⲁⲙ ⁘ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ϧⲉⲛ ⲑⲃⲱⲕⲓ ⲛ̀ⲥⲁⲣⲣⲁ ⲧⲥϩⲓⲙⲓ ⲛ̀ⲁ̀ⲃⲣⲁⲁⲙ ⁘ *Regnum hoc erit è genere Abraham, ex ancilla Sarræ uxoris Araha.* Hæc generatim habentur de hoc regno: ⲥⲉⲛⲁⲧⲁⲕⲟ ⲛ̀ⲛⲓⲡⲟⲗⲓⲥ ⲧⲏⲣⲟⲩ ⲛ̀ⲧⲉⲛⲓⲡⲉⲣⲥⲓⲥ ⲛⲉⲙ ⲛⲓⲣⲱⲙⲉⲟⲥ ⲛⲉⲙ ⲛⲓϩⲏⲗⲏⲛⲟⲥ ⁘ ⲟⲩⲟϩ ⲓ̅ⲑ̅ ⲛ̀ⲟⲩⲣⲟ ⲛⲁϣⲱⲡⲓ ϩⲓϫⲉⲛ ⲡⲕⲁϩⲓ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ϧⲉⲛ ⲡⲓⲅⲉⲛⲟⲥ ⲉ̀ⲧⲉⲙⲙⲁⲩ ⁘ *Destruent civitates omnes Perſarum, & Romanorum, & Græcorum: & XIX. reges erunt ſuper terram ex illo genere.* Longum eſſet enarrare, quæ ſingulatim prædicuntur de his regibus. Subjiciam solùm nonnihil ex his, quæ poſt eorum exitium futura exhibentur; quòd ſcilicet: ⲛⲉⲛϣⲏⲣⲓ ⲛ̀ⲛⲓⲥⲙⲁⲏⲗ ⲛⲁⲉⲣⲃⲱⲕ ⲛ̀ⲛⲓⲣⲱⲙⲉⲟⲥ ⲙ̀ⲡⲟⲩⲥⲏⲟⲩ ⲧⲏⲣϥ ⁘ ⲛⲓⲣⲱⲙⲉⲟⲥ ⲛⲁⲉⲣϭ̅ⲥ̅ ⲉ̀ⲭⲏⲙⲓ ⲛ̀ⲙ̅ ⲛ̀ⲣⲟⲙⲡⲓ ⁘ ⲙⲉⲛⲉⲛⲥⲁ ⲛⲁⲓ ⲉⲩⲉ̀ⲓ̀ⲉ̀ⲃⲟⲗ ⲛ̀ϫⲉⲛⲓⲉⲑⲛⲟⲥ ⲃ̅ ⁘ ⲉⲧⲁⲓⲛⲁⲓ ⲛⲉ ⲛⲟⲩⲣⲁⲛ ⁘ ⲅⲱⲅ ⁘ ⲛⲉⲙ ⲁ̀ⲅⲱⲅ ⁘ *Filii Iſmaëlitarum ſervient Romanis, toto eorum tempore. Romani dominabuntur Ægypto quadraginta annis. Poſt hæc exibunt duæ gentes, quarum nomina Gog, & Agog.* Agog ibi ponitur pro Magog, pro quo legitur, & ⲁ̀ⲅⲱⲣ *Agor*, Gen. X. 2. Ulterius non moror hæc, & aliæ ſimilia, quæ hoc Danielis additamentum, ſeu æquo liberior paraphraſis viſionis quatuor beſtiarum deſignantium quatuor regna continet.

XXV. Ne interim Lectoris ſtudiũ reſtinguat hæc in monumenta Ægyptiaca Exercitatio, eum moneo, me jam abſolviſſe Grammaticam Ægyptiacam. Multo ſudore ac labore id feci; quod primis hujus linguæ elementis à nemine inſtructus & imbutus tam arduum opus conatus fuerim. Subſidio quidem venerunt mihi Grammaticæ Copto-Arabicæ, quæ extant in Bibliotheca Vati-

cana, & quas Kircherus latinas fecerat. At ita confusa sunt, ita perturbata hæc elementa linguæ Ægyptiacæ, manca alioquin atque inchoata: ut proprio marte enodandas habuerim quamplurimas regulas de nominibus, pronominibus, verbis, penitùs abditis variis verborum conjugationibus & rationibus affixorum. Quò autem observatis à me tot regulis fidem faciam, rem totam exemplis ago deductis potissimùm è sacris Ægyptiorum codicibus. His accedunt & alia multa non levis momenti, quæ nactus sum apud antiquos rerum Ægyptiacarum Scriptores. Nec prætermitto novas è linguâ Ægyptiacâ observationes in dissertationem *De nomine Patriarchæ Josephi à Pharaone imposito*, à me editam in lucem.

XXVI. Interea hîc summè lætor, quòd mihi ex animo amicus verèque benevolus doctiss mus vir Ludovicus Antonius Muratorius Paulinum ediderit in primo Anecdotorum tomo, Sic tradentem meam sententiam de Josepho adumbrato in Serapide, Nat. XI. v. 98.

Fugit & Ægypto Satanas sub mille figuris.
Nomina mille sibi variis adcommoda monstris
Sumpserat, ut Serapis sanctum formaret Joseph.
Nomine ferali abscindens venerabile nomen,
Cùm tamen ipsa Fidem Simulacri forma doceret,
Quâ modius capiti superest, quia frugibus olim
Ante famem, Domino sic inspirante, coactis
Innumeras gentes Ægypti ex ubere pavit,
Et steriles annos annis saturavit opimis.

Salmasius lib. de annis Climactericis & antiquâ astrologiâ, descriptis Decanorum nominibus unà cum numero Climacterum iis attributorum, ait pag. 613. *Se horum omnium nominum interpretationes* daturum in suo *de linguâ Ægyptiacâ commentario*. Valdè mihi charus atque jucundus esset ille commentarius. At auctorem promissis non stetisse accipio ab orbis literarii Bibliothecâ vivente Clarissimo & Nominatissimo Viro Antonio Magliabecchio, quem, ut par erat, hâc de re consului.

XXVIII. Accipio etiam à Clarissimo & Doctissimo Viro Gisberto Cupero in literis ad me datis Daventriæ die 30. Maii 1698. Campegum Vitringam 1. Obs. sacr. c.5. agentem de nomine quo

Jose-

Josephum donavit Pharao notare inter alia *π vel φι non fuisse præpositivum articulum apud veteres Ægyptios, & hodiernam Coptarum linguam veteri Ægyptiæ ..... nequaquam fuisse similem, & propterea alienum esse planè, ex linguâ Coptarum hodiernâ vocum Mosis tempore usitatarum, originem repetere.* Vitringæ observationes nondum, quod sciam, in Urbem delatæ sunt. Unde argumenta prorsus me latent, quibus ille sententiam suam astruit. Ea tamen adeo decretoria non puto, quin contrarium confirment quamplurimæ rationes quas dabit mea Grammatica. Et quidem velit, nolit, *Phiabiroth* exempli gratiâ, seu פיהחירת *Pi-abiroth*, antiquissimum nomen loci in Ægypto, cujus meminit divinus Moses, gaudet articulo præpositivo *pi* Id clarè patet Num. XXXIII. 7. ubi idem ille locus modò vocatur פיהחירת *Pi-abiroth* cum articulo præpositivo *pi*, modò sine tali articulo החירת *Abiroth*: dicendo de Israëlitis quòd venerunt על פיהחירת אשר על פני בעל צפון ויחנו לפני מגדל ויסעו מפני החירת. *Contra Pi-abiroth qui est è Regione Baal Sephon: & castrametati sunt ad faciem Magdol, & profecti sunt de faciebus Abiroth.* Ejusdem argumenti est פתם *pi-thom* nomen urbis Ægypti, de qua superius agebam. Quid quòd *Bubastus*, altera Aegypti civitas, quam Alexandrinæ Vanslebii descriptiones *Bastam* nuncupant, dicatur antiquissimo nomine פי־בסת *pi-beset*, seu *pi-best* aut *pi-bast*, Ezech. XXX. 17. Nonne etiam *Pharao*, seu פרעה *Paroh*, quo vetustissimo nomine *regem* significari nos docet Josephus, est Coptitarum ⲡⲟⲩⲣⲟ *puro*, hoc est *Rex*. Atqui vox ⲡⲟⲩⲣⲟ aliàs ⲡⲓⲟⲩⲣⲟ *pi-uro*, habet articulum præpositivum de quo est quæstio. Eo enim destituta, esset ⲟⲩⲣⲟ *uro*; ut innumeris locis demonstrare possem, desumptis ex sacris Aegyptiorum codicibus. Præterea antiquissimum regem Aegypti, quem φαμένωφα *Phamenophim* Thebani vocant apud Pausaniam in Atticis, *Amenophim*, dempto articulo præpositivo φ, cæteri nominant. An ex Hebraico ענה *Ana*, quod *canere* significat, veteres, suppeditantibus Aegyptiis articulum præpositivum, fecerint suum פענה *peana*, eruditis judicandum relinquo. αἱ δὲ εἰς θεοὺς ᾠδαί, κοινῶς μὲν Παιᾶνες, ὕμνοι. *Cantus in Deos communiter quidem pæanes, hymni* ait Julius Pollux lib. 1. cap. 1. sect. 33. Et in decimo Aeneid.

Conclamant socii latum Paana secuti.

Ut autem ad Hebraicam vocem ענה *Ana* in piel ענות *Annoth*, paululum redeamus in idem argumentum, observandum est Exod. XXXII. 18. קול ענות *Col annoth* significare *vocem canendi alternis*, seu, ut vertunt LXX. φωνὴν ἐξαρχόντων *Vocem pracinentium*, qualis erat vox canentium *Paana*. Alia & alia missa facio, coactus exercitationem hanc claudere.

DIGRESSIO

De septuaginta Hebdomadibus Danielis revocatis ad novos calculos.

CHronologiæ quam prælo subjiciendam habeo, facturus periculum unà cum exercitatione jam præmissâ, operæ pretium duxi breviter etiam aperire, quam de LXX. Hebdomadibus Danielis sententiam tueor. Eò congruentiùs id nunc præstabo, quòd tempus passionis Christi Domini designatum in his annorum septimanis, accuratè describant excerpta Ægyptiaca quæ in medium protuli.

Septuaginta hebdomades, quas Archangelus Gabriel Danieli revelavit, his ejusdem Archangeli verbis describuntur Dan. IX. 25, 26, 27.

Scito ergo, & animadverte; Ab exitu sermonis, ut iterùm ædificetur Jerusalem, usque ad Christum ducem, hebdomades septem & hebdomades sexaginta duæ erunt: & rursùm ædificabitur platea, & muri in angustiâ temporum.

Et post hebdomades sexaginta duas occidetur Christus: & non erit ejus populus, qui eum negaturus est. Et civitatem & sanctuarium dissipabit populus cum duce venturo & finis ejus vastitas, & post finem belli statuta desolatio.

Confirmabit autem pactum multis hebdomadâ unâ: & in dimidio hebdomadis deficiet hostia & sacrificium: & erit in templo abominatio desolationis; & usque ad consummationem & finem perseverabit desolatio.

Hebdo-

Hebdomades ſeptem & hebddmades ſexaginta duæ, ſeu hebdomades ſexaginta novem, ſunt ſeptimanæ annorum, quarum character ſunt ſexaginta novem anni Sabbatici. Ideo enim cyclo annorum hebdomadico tempora percurrebant Hebræi, quia ſacer eis erat annus ſeptimus, & inſtar Sabbati habebatur juxta illud Levitici XXV. 2. 3. 4. *Quando ingreſſi fueritis terram, quam ego dabo vobis Sabbatizes Sabbatum Domino. Sex annis ſeres agrum tuum, & ſex annis putabis vineam tuam, colligeſque fructus ejus: Septimo autem anno Sabbatum erit terræ, requietionis Domini.*

Jam videamus num *ab exitu ſermonis, ut iterum ædificaretur Jeruſalem*, ſeu ab edicto de inſtaurandis poſt captivitatem Babylonicam Jeroſolymis, *ad Chriſtum ducem* reperiantur ex characteriſmo ſexaginta novem annorum Sabbaticorum ſexaginta novem hebdomades. Quò id planum fiat, obſervandi ſunt in primis tres anni Sabbatici, de quibus ex hiſtoria Macchabeorum, & Judaïcis antiquitatibus à Joſepho excuſſis, certò & liquidò conſtat. Primus, ut inter alios docet eruditiſſimus Petavius l. IX. de Doct. Tempor. cap. XXXI. competit in annum periodi Julianæ 4550. Secundus in annum 4578. tertius in annum 4676. ejuſdem periodi. Hi anni ſunt ante Chriſtianam Æram 164. 136. & 38. Eos autem cyclus annorum hebdomadicus perfectè internoſcit. Nam à primo ad ſecundum præcisè intercurrunt quatuor hebdomades annorum, ſeu anni viginti octo: & à ſecundo ad tertium reperiuntur anni nonaginta octo, qui in hebdomadas diſtributi conficiunt hebdomadas quatuordecim.

Obſervandum eſt ſecundò vigeſimum annum Artaxerſis longimani, à Xerſis obitu, & aditâ ab Artaxerſe regni hæreditate numeratum, eſſe annum, quo *exiit ſermo, ut iterum ædificaretur Jeruſalem*; uti doctiſſimè omnium demonſtrat Illuſtriſſimus Epiſcopus Abrincarum Petrus Daniel Huetius in ſua Demonſtratione Evangelicâ, propoſ. IX. cap. VIII.

Tertiò demum notandum eſt annum vigeſimum Artaxerſis longimani eſſe annum periodi Julianæ 4268. ante æram chriſtianam 446. ut ex chronologia regum Perſarum mathematicis firmatâ monumentis patet: annum autem quo Chriſtus occiſus eſt à Judæis eſſe certiſſimè unum ex quinque qui numerantur in æra

Christianâ vigesimus nonus, trigesimus, trigesimus primus, trigesimus secundus, & trigesimus tertius, in periodo Julianâ 4742. 4743. 4744. 4745. 4746.

His positis, certò certiùs evincitur ex annorum Sabbaticorum characterismo hebdomadas annorum sexaginta novem effluxisse *ab exitu sermonis ut iterum ædificaretur Jerusalem*, *ad Christum ducem* à Judæis occisum. Id clarè demonstrat, quæ sequitur

TABVLA

LXIX. annorum Sabbaticorum.

Anni Periodi Julianæ.	*Anni Sabbatici.*	Anni per. Julianæ.	*Anni Sabbatici.*	Anni per. Julianæ.	*Anni Sabbatici.*
4270.	I.	4431.	XXIV.	4592.	XLVII.
4277.	II.	4438.	XXV.	4599.	XLVIII.
4284.	III.	4445.	XXVI.	4606.	XLIX.
4291.	IV.	4452.	XXVII.	4613.	L.
4298.	V.	4459.	XXVIII.	4620.	LI.
1305.	VI.	4466.	XXIX.	4627.	LII.
4312.	VII.	4473.	XXX.	4634.	LIII.
4319.	VIII.	4480.	XXXI.	4641.	LIV.
4326.	IX.	4487.	XXXII.	4648.	LV.
4333.	X.	4494.	XXXIII.	4655.	LVI.
4340.	XI.	4501.	XXXIV.	4662.	LVII.
4347.	XII.	4508.	XXXV.	4669.	LVIII.
4354.	XIII.	4515.	XXXVI.	4676.	LIX.
4361.	XIV.	4522.	XXXVII.	4683.	LX.
4368.	XV.	4529.	XXXVIII.	4690.	LXI.
4375.	XVI.	4536.	XXXIX.	4697.	LXII.
4382.	XVII.	4543.	XL.	4704.	LXIII.
4389.	XVIII.	4550.	XLI.	4711.	LXIV.
4396.	XIX.	4557.	XLII.	4718.	LXV.
4403.	XX.	4564.	XLIII.	4725.	LXVI.
4410.	XXI.	4571.	XLIV.	4732.	LXVII.
4417.	XXII.	4578.	XLV.	4739.	LXVIII.
4424.	XXIII.	4585.	XLVI.	4746.	LXIX.

Trium

Trium annorum Sabbaticorum quos ex historiâ notavimus, prior in hâc tabulâ est quadragesimus primus, alter quadragesimus quintus, posterior quinquagesimus nonus: cumque cæterorum notio pendeat à cyclo annorum hebdomadico, quo unus ab alio internoscitur, evidentissima est horum omnium annorum ratio. Unde & Eminentissimus Cardinalis Norisius illustrans ad calcem libri de Epochis Syro-Macedonum nummum Herodis Antipæ, observat pag. LVII. *ab autumno* A. V. 793. Christianæ Aeræ 40. cui respondet annus per. Jul. 4753. *cœpisse annum Sabbaticum, quo Judæi agros serere vetabantur, Nam* (inquit præfatus Eminentissimus) *cùm ex eodem*, nempe Josepho, *lib. 15. cap. 1. annus qui fuit V. C. 717. quove ait ab Herode & Sosio capta fuisse Hierosolyma, fuerit Sabbaticus, duodecimus inde Sabbaticus capit à Tisri, cujus neomenia juxta medios motus A. V. 793. fuit die 24. Septembris. Etenim ab anno Urbis 717. ad annum 794. colliguntur, inclusis terminis, anni 78. quos si per septem dividas, habes residuam unitatem, ac proinde annus Urbis 794. fuit Sabbaticus, initus à Tisri A V. 793.* Unusquisque autem annus Sabbaticus, utpote septimus in cyclo hebdomadico, unam annorum septimanam explet & terminat. Itaque annus primus Sabbaticus sexaginta novem quos descripsi, iniens anno periodi Julianæ 4270. claudit hebdomadam quæ iniit anno ejusdem periodi 4264. & annus Sabbaticus sexagesimus nonus competens in annum hujus periodi 4746. complet hebdomadam quæ incæpit anno 4740. Atqui tempus quo *exiit sermo, ut iterum ædificaretur Jerusalem*, est hebdomadis quam terminat primus annus Sabbaticus; quia annus vigesimus Artaxerxis longimani, quo exiit ejusmodi sermo, concurrit cum anno quinto hujus hebdomadis, utpotè incidens in annum periodi Julianæ 4268. Tempus autem quo Christum occiderunt Judæi, est hebdomadis quam annus Sabbaticus sexagesimus nonus conficit; sive enim passio Christi Domini conjiciatur in annum æræ vulgaris vigesimum nonum, quod multis placet, sive in trigesimum, vel trigesimum primum, vel trigesimum secundum, aut trigesimum tertium, ut plura evincunt argumenta haud levis ponderis; certissimum est hoc tempus pertinere ad hebdomadam sexagesimam nonam, seu quam absolvit sexagesi-

mus nonus annus Sabbaticus. Siquidem hæc hebdomada initium habuit anno æræ vulgaris vigesimo septimo, periodi Julianæ 4740. Ergo numeratis annorum hebdomadibus ab eâ quâ *exiit sermo, ut iterum ædificaretur Jerusalem*, ad eam quâ Christum occiderunt Judæi, reperiuntur ab exitu hujus sermonis ad Christum ducem à Judæis occisum *hebdomades septem & hebdomades sexaginta duæ*. Adeo ut *post* initas has *hebdomades sexaginta duas* occisus fuerit *Christus*.

Post initas has hebdomadas Christum occidendum fuisse interpretor; sicut & dicente Christo Domino Marc. VIII. 31. *Quoniam oportet filium hominis ... occidi & post tres dies resurgere*; id necessariò exponendum est *post tres dies initos*, seu inchoatos; non autem finitos. Unde Deicidæ Judæi, cùm narrassent Pilato, Christum adhuc viventem dixisse; *post tres dies resurgam*; id intelligentes de tertio die postmodum inito, mox subjunxerunt; *Jube ergo custodiri sepulchrum usque in diem tertium*. Matth. XXVII. 64. Sicut ergo ad comprobationem tridui, quod inter mortem Christi & resurrectionem ejus ponitur, sufficit quod intra primum diem mors contigerit, & resurrectio intra tertium: ita ad comprobationem septem & sexaginta duarum, seu sexaginta novem hebdomadarum quas ab edicto de instaurandis Hierosolymis ad Christi necem numerat propheta, sufficit quòd intra primam exierit *sermo, ut iterum ædificaretur Jerusalem*, & Christus occisus reperiatur intra sexagesimam nonam. Id egregiè confirmatur ex Deuteronomio cap. XXXI. v. 10. ubi dicente Moyse; *post septem annos, anno remissionis &c.* intelligendum est; *post septem annos initos* seu inchoatos: quia annus remissionis & Sabbaticus, idem in lege est qui septimus. Plura sunt ejusmodi exempla in sacris paginis. Unde ne minimam quidem difficultatem in hoc patientur, hi præsertim, qui in rebus chronologicis scienter sunt versati.

Enodanda superest *hebdomada una*, quâ *civitatem & sanctuarium* dissipaturus *populus cum duce venturo*, confirmaturus erat *pactum multis*. Cùm hæc hebdomada non dicatur septuagesima, vel, ordine ad sexaginta duas post septem enumeratas, sexagesima tertia, sed extra hos cancellos vago dicendi genere

voce-

vocetur una : minimè cogimur eam intelligere de cyclo annorum hebdomadico proximè excipiente has hebdomadas. Modò itaque unam hebdomadam extra ſeptem & ſexaginta duas reperiamus, intra quam completa fuerint, quæ de unâ hebdomadâ revelata ſunt, nihil aliud deſiderandum eſt ad intelligentiam hujus prophetiæ.

Habitâ, ut ſuperius, ex annorum Sabbaticorum characteriſmo hebdomadarum ratione, anno periodi Julianæ 4782. æræ Chriſtianæ 69 iniit apud Hebræos una annorum hebdomada, terminanda anno Sabbatico incidente in annum ejuſdem periodi 4788. Intra hanc hebdomadam, nempe anno æræ chriſtianæ ſeptuageſimo, quo Secundus hebdomadis annus iniit, Veſpaſianus bellum Judaicum mandavit Tito filio; *populus* Romanus *cum* hoc *duce* expugnavit Jeroſolymam, vaſtavit templum incendio, atque ita *civitatem & ſanctuarium diſſipavit*. Hinc & anno ſubſequenti, quo iniit tertius hebdomadis, Titus Romam reverſus, ibi unà cum patre de Judæâ captâ triumphavit. Quo autem ille triumphus in perpetuum deſolationis templi monumentum eſſet, inſtrumenta templi in eo traducta inciſa fuêre in arcu triumphali marmoreo erecto in honorem Titi, ad radices Palatini montis, ubi etiam nunc viſitur. Tandem ſummus abominationi templi cumulus accedit anno æræ chriſtianæ ſeptuageſimo ſecundo, quo dimidia hebdomada confecta eſt, ob initum eo anno quartum hebdomadis. Hoc enim anno (ut, Joſepho prælucente, egregiè notatur in Uſſerii annalibus) Templo ſummi Dei non ſine maxima abominatione ceſſuro ipſi Capitolio, Liberius Maximus Judaæ procurator, acceptis à Cæſare literis, *ut totam Judaorum terram venderet, ſtipendium Judæis ubicumque degerent, indixit & didrachmum ſingulis annis deferre in Capitolium juſſit, ut antehac in Hieroſolymorum templo pendere ſolebant*. Ita cùm dimidiâ hâc hebdomadâ : dum Hieroſolymam obſideret Titus, *τὸν ἐνδελεχισμὸν καλούμενον, ἀνδρῶν ἀπορίᾳ διαλελοιπέναι τῷ Θεῷ Endelechiſmum vocatum*, hoc eſt Juge ſacrificium, *Virorum penuriâ defeciſſe Deo* conſtet ex Joſepho lib. VII. de bello, cap. IV. conſtat etiam abominationem deſolationis modis omnibus fuiſſe in templo, ut ratum fieret quod dixerat Propheta : *Et in dimidio hebdomadis*

deſi-

deficiet hostia & sacrificium : & erit in templo abominatio desolationis. Hinc & apud Clementem Alexandrinum lib. 1. Strom. Judaici excidii sub Vespasiano *fiunt anni tres & menses sex*, ὅ ἐστι τὸ ἥμισυ τῆς ἑβδομάδος καθὼς εἴρηκε Δανιὴλ ὁ προφήτης. *Quod est dimidium hebdomadis, quemadmodum dixit Daniel propheta.*

Cum chronologiam aperuerim Hebdomadum quæ revelatæ sunt Danieli, haud incongruè digressionem hanc conficiam, enodando ordinem chronologicum libri hujus Prophetæ, sat impeditum chronologis & interpretibus. Quò id præstem, tres observo partes hujus libri. Prima complectitur visiones, & adjuncta visionum quas aliis factas solus Daniel expedivit. Secunda visiones continet soli Danieli factas. Tertia nobis describit, quæ, nullo ad visiones ordine habito, Solertiam Danielis commendarunt. Prima porrigitur ab initio primi capitis usque ad finem VI.
2a. ad finem duodecimi: tertia duobus extremis capitibus definitur, nempe XIII. & XIV. Ut typographico Danielis ordini vim nullam facit hæc in tres partes distributio, quòd Vulgatam capitulorum seriem teneat: ita quælibet pars nihil habet, quod accuratissimam non sapiat chronologiæ rationem. Reges quorum tempora primæ partis chronotaxim definiunt, sunt ordine *Nabuchodonosor*, *Baltassar*. *Darius Medus*, *Cyrus Persa*. Quo nihil descriptius. Cum autem unius & ejusdem regis tempus diversum in eâ ponitur: talis est ordo, ut semper prius antevertat posterius. In secunda parte sic memorantur *Baltassar*, *Darius Medus* & *Cyrus*, ut Baltassar priorem inter eos locum habeat, medium Darius Medus, Cyrus ultimum. Quod est optimæ chronologiæ. Tertia pars incipit ab historia Susannæ, quia *Daniel factus est magnus in conspectu populi à die illâ & deinceps*. Dan. XIII. 64. Tum narratur, quòd *rex Astyages appositus est ad patres suos, & suscepit Cyrus Perses regnum ejus*: ut his consequens historia idoli Bel & Draconis librum Danielis concludat. Unde Græci incipiunt historiam idoli Bel ab hoc versu in quo Astyagis mors & Cyri enthronismus memoratur. Neque aliud hujus historiæ initium apud Ægyptios, qui æquè ac Græci canonicum habent quidquid de Idolo Bel & Dracone referunt nostra Biblia vulgata.

Advertendum obiter quod *Astyages* in versione Ægyptiacâ est

est *Asiaces*, mutante G. in C. Ita enim legit : ⲟⲩⲟϩ ⲡⲟⲩⲣⲟ ⲁⲥⲧⲓⲁ̀ⲕⲏⲥ ⲁⲩⲭⲁϥ ϭⲉⲧⲉⲛ ⲛⲉⲛ ϥⲓⲟϯ ⁘ ⲟⲩⲟϩ ⲕⲩⲣⲟⲥ ⲡⲓⲡⲉⲣⲥⲓⲥ ⲁϥϭⲓ ⲛ̀ϯⲙⲉⲧⲟⲩⲣⲟ ⁘ *Et rex Asiaces positus est apud patres suos; & Cyrus Perses sumpsit regnum*. Mutatio ⲅ in ⲕ seu G in C haud infrequens est in Codicibus Ægyptiacis. Illustre exemplum est in *Cupt*. Posito enim ob hanc literarum mutationem *Gupt*, pro *Cupt*, factum est nomen *Αἴγυπτος Ægyptus*, quod & *Æguptus*. Nam AEGUPTO IN POTESTATEM POPULI ROMANI REDACTA dicatum SOLI obeliscum hunc legimus qui Romæ extat ad portam S. Mariæ de populo. Ex hoc breviter intelligitur cur Copticum & Ægyptiacum idem apud me sonant. Si quis tamen plura desideret, adeat præfationem doctissimi Morini *In ritum ordinationum Cophticarum seu Ægyptiacarum* pag. 504. Commentarii de Sacris Ecclesiæ ordinationibus. Jam enim mea digressio est in fine.

FINIS.

APPROBATIO

Magister Fr. Antonius Pacinus Ravennas totius Ordinis FF. Eremitarum S. P. Augustini Prior Generalis.

CUM Opus cujus Titulus est *In monumenta Coptica seu Ægyptiaca Bibliotheca Vaticana Brevis Exercitatio* à Ven. Patre Fratre Guilelmo Bonjour Tolosano nostri Ordinis Sacerdote elucubratum, publicâ luce dignum censeatur tenore præsentium, nostrique muneris auctoritate, ut Typis mandetur, quantum ad nos spectat facultatem concedimus, & impertimur. Datum in Conventu nostro S. P. Augustini de Urbe die 14. Januarii 1699.

F. Antonius Pacinus Generalis indignus,

Nostri muneris affixo Sigillo.

Magister Fr. Jo: Baptista Mengarellus Raven. Secret. Ordinis.

Loco ✠ Sigilli

Imprimatur si videbitur Rever. P. Mag. Sacr. Pal. Apost.

Dominicus B. de Bellis Episc. Melphicen. Vicesg.

Imprimatur.

Fr. Paulinus Bernardinius Ord. Præd. S. A. P. Mag.

ROMAE, Typis Francisci Mariæ Acsamitek à Kronenfeld Linguarum Orientalium Typographi. Anno MDCXCIX.

SUPERIORUM PERMISSU

DISSERTATIO

DE NOMINE